

A crucis miro composita opere, sed & aëdes magnæ claritatis ac celsitudinis desuper à Christianis constructa est. Igitur cum dies facer post curriculum anni decedentis advenit, quo Dominus confuso proditore, mysticam discipulis præbuit cenam, conveniunt in locum illum cum Pontifice cives, jam odorem facri presentientes aromatis. Tunc data oratione, sacerdos ostia templi jubet simul muniti signaculis, adventum virtutis Dominicæ præstolantes. Die autem tertia (quod est Sabbati) convenientibus ad baptizandum populis, adveniens Episcopus cum civibus suis, inspectis signaculis, ostia referat clausa. At mirum dictu piscinam, quam reliquerat vacuam, reperiant plenam, sed ita cumulo altiore repletam, ut solet super ora modiorum triticum aggregari; videaque huc illucque latices fluere, nec partem in adversam desfluere. Tunc cum exorcismo sanctificato, conspersio desuper chrisimate, omnis populus pro devotione haurit, & vas plenum domi salutatione reportat, agros vineaque asperione saluberrima tutantur. Et cum exinde multitudo amphorarum sine collecto numero hauriatur, nunquam tamen vel cumulum minuit; licet ubi infans primus intinctus fuerit, mox aqua reducitur, & baptizatis omnibus, lymphis in se revertis, ut initio produntur nescio, ita & clauduntur sine ignaro. Denique Theodegillus hujus Rex regionis, cum vidisset hoc miraculum, quod in his cratis Deo fontibus gerebatur, cogitavit intra se, dicens: Quia ingenium est Romanorum (Romanos enim vocant homines nostræ religionis) ut ita accidat, & non est Dei virtus. Veniens verò ad annum sequentem, ostium sigillis suis cum Episcopi sigillo munivit; postquam custodes in circuitu templi, si forte aliquem deprehendere possit fraudis alicujus consilium, per cuius ingenium in fontibus aqua succederet: familiariter & alio fecit anno; tertio verò convocata virorum multitudine, fossas in circuitu basilicæ fieri iussit, ne forte locis occultis lymphae deducerentur in fontem: fueruntque fossæ in profundo vicinum quinque pedum, in latitudine verò quindenum. Sed nihil abditum reperiri potuit. Tamen vitæ finem faciens, & credo pro hujus inquisitionis temeritate, anni sequentis diem, quo hoc mysterium celebraretur, videre non meruit, eò quod arcanum virtutis divinæ investigare præsumpsit. Habentur autem in ea reliquiæ S. Stephani Levitæ, *Idem Baron. eod. tom. & ann. 56. ex lib. 1. Greg. Tur. de glor. mart. c. 24. & 25.*

C Sed nec caruit Oriens hinc adeo insignibus editis divina virtutis miraculis; etenim Sophronius de Orientalibus oris scribit in hæc verba: Soruba (inquit) vicus quidam est, ad radices montis, in quo sita est Cæneensis civitas; in eo baptisterium est, quod in sanctis Epiphaniis sudat (baptismus enim ibi eo tempore celebrabatur) qui sudor per tres horas continuis incrementis augetur; & post baptismi peractum decretere incipit, & tribus aliis horis deficit: & in Castello Celebratis sub monte Aneondaro civitatis situm est baptisterium, quod in prima Paschali sanctæ resurrectionis festivitate, cum sit lapis unius, ex seipso continuo impletur, duratque aqua illa usque ad Pentecostem, moxque peracta Pentecoste evanescit. Utraque verò ista miracula in provincia Lyciæ sunt. Si quis autem hæc ita esse non credit, usque ad Lyciam, non grande iter est, pergat, & rei veritas sibi illi faciet. Hactenus ipse: de hisque satis: ut intelligas Deum esse in Israël, & in Ecclesia Catholica semper viguisse miracula, quibus veluti digito Dei, quæ vera sit Ecclesia, consigneat. *Idem Baron. eod. tom. & ann. 47. 59. ex Sophron. pr. spir. 214. 215.*

D Anno Domini quingentesimo septuagesimo tertio, auctor est Siebertus, altercatum esse inter Hispanos & Gallos de Paschæ diei celebritate; ait enim: Hispani & Franci de Paschæ celebrando dissentunt: Hispani duodecimo Kalendas Aprilis: Franci verò decimoquarto Kalendas Maji Paschæ celebrantibus. Sed Francos rectè celebrasse, per hoc divinitus claruit, quod fontes in Hispania, qui in Sabbato sancto Paschæ ad baptizandum spontè divinitus repleri solent, non in Hispanorum, sed in Francorum Paschæ repleri sunt. *Idem Baron. tom. 7. 573. 25. in Sieberto.*

Vigesimo die Maji in Gallis, civitate Ebreundenis, sancti Marcellini, ejusdem urbis Episcopi & Confessoris, memoria recolitur; qui divino jussu cum sociis Vincentio & Dominico ex Africa veniens, maximam partem Alpium maritimarum, verbo & signis admirandis, quibus usque hostie resisteret, ad fidem Christi convertit; ita ut baptisterium, quod ipse apud præfatam urbem condidit, in factolantibus Paschatis vigiliis, divina virtute, singulis annis aquis subitis inundetur, & per septem ejusdem solemnitates dies gratia exuberantes perma-

neat. *Ado Viennens. in martyrol. 12. Cal. Maji. Aleff. Lib. 4. pomar. tom. 4.*

ASCENSIONIS.

Dominicæ Ascensionis festum ab Apostolis institutum, docet Clemens lib. 5. cap. 20. consist. extantque sermones Gregor. Nysseni, Leonis, & aliorum: Celebratur autem quadragesimo à Resurrectione die, & illius mentionem facit Constantiæ Episcopus Epiphanius, & appellat Decem Festorum. Augustinus verò *serm. 174. de Temp. ait:* Glorificationem in Christi resurrectione factam, fuisse in Ascensione ejus completam; ideoque utrumque festum celebrari. *Et serm. 176. addit aliam causam:* quod sicut resurgendo semet nobis resurgendi contulit, ita ascendendo victoribus, quò sequantur, ostendit.

PENTECOSTES.

Solemnitas Pentecostes nomen accepit à die quinquagesimo post diem Resurrectionis, quando Christus missis in discipulos permissum Paracletum Spiritum sanctum; & velut regnum suum inchoavit in Ecclesia militante, & velut relictum cepit illius Evangelium. De hoc Festo scribit Terrull. *lib. de Corona militans, Basilus, Epiphanius, & alii. Quin voluit perierique, loqui de eo Paulum, quando dicitur festinasse, ut Hierosolymis diem Pentecostes faceret, *Act. 20.* faceret inquam, ritum Christianum, non Judaico.*

Est autem festum antiquissimum & celeberrimum in Ecclesia Christiana: ideoque & per duas subsequentes ferias celebratur. Festum autem Pentecostes in lege veteri, quod in memoriam data legis erat institutum, jure divino observari debuit; eratque figura nostra Pentecostes, quando lex nova promulgata est, & Spiritus veritatis Ecclesiæ datus. Quæ verò circa diem quinquagesimum moventur ab Authoribus nullis, atque per hæreticos obijciuntur, videntur apud Robertum Bellar. *lib. 3. de cultu Sancti. cap. 13.* Graecis *Tractat. de Religione, lib. 2. de festis, cap. 7.* & loca ibidem allegata.

TRANSFIGURATIONIS.

Hoc festum non celebratur passim in populo & publicè, quamvis antiqua sit illius veneratio; ut in quo sermones habuerit S. Leo, Cyrillus Alexandrinus, & alii. Certè constat ex Græcorum monologio, fuisse diem illum solemnem. In Ecclesia autem Latina, etiam hoc festum antiquum est, propterea cultu observari præceperat Calixtus III. propter memorabilem victoriam Christianorum contra Turcas ad Belgradum: nunc verò consuetudine introductum, ut proprium illius Officium à Clero dumtaxat in Ecclesia persolvatur.

SS. SACRAMENTI. Quando, & ubi orationem accepit.

Fossæ obitæ Juliana ann. 1257. Tertio post obitum die ad vilam B. Mariæ ordinis Cisterciensis cenobium translata, ac perpetua digna memoria, quod per eam inchoatum sit speciale festum corporis Christi. Siquidem Dns Christus sic revelaverat, ut ad augmentum fidei in fine debilitandæ, necnon ad profectum electorum, corporis & sanguinis sui speciale festum fieri curaret. Ipsa autem rem tantæ dignitatis publicari reformidavit, non propter injurias & tribulationes, quæ inde exortitur videbantur; cum eas generoso animo perfergerit, sed propter superbia titillationem, dum ipsa tanti festi haberetur inchoatrix & revelatrix. Itaque Dominum omnino deprecata est, ut & aliis famulabatur suis id revelaret. Inter quas memorantur Eva Reclusa Leodiensis ad S. Martinum, & Isabella Beghina Hoyensis. Itaque post varias admonitiones, & sanctorum invocationes, rem patefecit Joanni de Laufenia integerrime vitæ Canonicus: quem rogavit, ut tacito suo nomine festum promoveret. Exposita sunt omnia Jacobo de Trevis Archidiacono Leodiensi, qui postea fuit Romanus Pontifex Urban. IV. Hugoni de S. Theodorico Provinciali Ord. Prædicatorum, postmodum Cardinali, Gujardo seu Guidoni Episcopo Cameracensi, aliisque viris celeberrimis, qui negotium promoverunt. Sed & Juliana per Joannem domus suæ Fratrum Officium componi fecit, quod comprobatur est per supradictos Theologos, & incipit Animatum cibus. Quod Officium Leodii, Tungris, & alibi in usu fuit, antequam ab Urbano IV. S. Thomæ officium publicaretur. Fuit autem scriptor modicæ literaturæ, fed obediens osium aperiebat, & Dominum implebat illud. Hæc occasio festum celeberrimum primum Leodii est celebratum, postquam à Collegio S. Martini; ubi etiam celebratum illud & approbaverunt ante Urbani Pontificatum, Robertus Episcopus, & Hugo de S. Theodorico, & Petrus Capocepus Cardinales: ex quibus Hugo sermonem adjecti in solemnitate festi: duo præterea Canonici Joannes & Stepha-

A Stephanus legatur reditus in festo & octavis distribuendus. Potè Urbanus ex Patriarcha Hierosolymitano in Pontificem extra Collegium Cardinalium assumptus, festum quod antea Leodii celebrabatur, universale fecit, cum solemnibus supplicatione, anno millesimo ducesimo sexagesimo quarto, ad confirmandam specialiter hæreticorum perfidiam & infamiam. Neque immemor fuit revelationum, de quibus Leodii audiverat. Scribit enim in constitutione sua: Intelleximus olim, dum in minori officio constitui, quod fuerat quibusdam Catholicis divinitus revelatum, festum hujusmodi generaliter in Ecclesia celebrandum. Hæc etiam de causâ anno quarto, seu ultimo sui Pontificatus, quo festum hoc universaliter instituit, mortua Juliana, misit ad Evam Reclusam Leodiensem diploma cum novo S. Thomæ Aquinatis officio. Quod ibidem, ut deicit, receptum fuit: diploma autem Pontificum, cum diplomatum Hugonis Cardinalis, Petri Legati, & aliorum quorundam, ad S. Martinum exceptatum conservatur. His autem quæ diximus, adimplantur non tantum venerabiles & veteris picture in monte S. Corneli: sed etiam liber posterior de vita Julianæ à Joanne de Laufenia approbatus. Accidit postea celebre miraculum Vulsinis, in diecessi & ditione Urbevætanæ, quo Onuphrius scribit commotum fuisse Urbanum ad festi institutionem. Sed minus cautè rejicit, quæ de Eva Reclusa diximus: cum hæc ex bullis ipsius Urbani, & Julianæ vita, certissima esse nostratibus conficit. Verum quæ apud Doctores minus graves legatur, non miror virum doctum recepit, & a multis etiam nostratibus hæctenus ignorantur. Itaque Belgæ, qui alios in festi observatione prævenimus, ab avita pietate non recedemus; sed ut Patres Tridentini monuerunt, gratos, memores animos testemur erga Redemptorem, pro tam ineffabili, & planè divino beneficio: & contra hæresim triumphum agamus, ut ejus adversarii in conspectu tanti splendoris debilitati & fracti tabescant, vel pudore affecti aliquando resipiscant. *Joan. Molan. sacra Theologia. Doctor Lovan. in Natalibus Sanctorum Belgii 5. Ap. Carol. Sigon. l. 20. de regno Italia ann. Dom. 1264.*

INVENTIONIS S. CRUCIS.

Celebratur hoc festum in memoriam præstiti beneficii, quod Deus tanto tempore Crucem suam custodiverit, eamque Ecclesiæ suæ servaverit, ac revelaverit tum primum quando sub Imperatoribus Christianis pacem habere cepit. Ut tunc inquit Paulinus, inveniretur, quando religiosè colebatur. Unde et tunc Ecclesia hoc festum, & per illud Crucem religiosè habuit, tanquam efficac nostræ Salutis instrumentum, ad fideliem consolationem. Hoc autem festum existimatur in Ecclesia celebratum è temporibus S. Sylvestri, ejusque mentionem faciunt veterum plerique.

FESTA SANCTORUM.

Ac primum de Festo omnium Sanctorum.

Cum singula idola Romanorum Romæ templum habere non possent, Romani unum templum in honorem Cybeles matris deorum, & omnium deorum ipsorum fecerunt, quod dictum est *Idæorum*. Successu verò temporis, petente, inquit Ado, Papa Bonifacio, jussit Phocas Imperator, in veteri fanos, quod Pantheon vocabatur, & à Domitiano præus factum Derat, ablatis idololatriæ foribus, Ecclesiam B. semperque Virginis Mariæ, & omnium Martyrum fieri: ut ubi quondam omnium, non Deorum, sed demoniurum cultus agebatur, ibi deinceps omnium fieret memoria Sanctorum; quæ ab illo tempore Kalendis Novembris in urbe Roma celebris & generalis agit. Postea anno octingentesimo trigesimo quinto Gregorius IV. Pontifex Romanus (ut auctor est Siebertus & alii) monuit Ludovicum Imperatorem, ut in Gallia atque Germania festivitas hæc eodem die annuatim perpetuè celebraretur, quam hæctenus Romani ex Bonifacio Papæ instituto celebrare consueverunt. Quod tum ab ipso, tum ab Episcopis omnibus Franciæ atque Germaniæ mira consensione acceptum fuit, & ingenti gratulatione peractum. De his agens Albinus sive Alcuinus, hæc ait: Constitutum est, ut plebs univèrta per totum orbem in Kalend. Novembris, sicut in die Natalis Domini, ad Ecclesiam in honorem omnium Sanctorum ad Missarum solemniam convenire studeat; ut quicquid fragilitas humana per ignorantiam, aut negligentiam in solemnitatibus Sanctorum minus plenè peregerit, in hac sancta observazione solveretur. *Guliel. Durand. lib. 7. cap. 34.*

Ado Archiep. Trevir. in Martyrol. 1. Nov. Idem in Chron. anno Dom. 604. Baron. tom. 9. ann. 835.

FESTA B. MARIÆ VIRG.

De his dicemus nonnulla in locò de S. Maria. Tit. Festivitates in illius honorem institutæ. Quibus nonnulla hic adiciamus, vel præmittimus.

CONCEPTIONIS DEIPARÆ.

Qua occasione institutum.

Tempore Caroli Regis Franciæ fuit Clericus ejusdem Regis Germanus, beatam Mariam totis amans præcordiis, ejusque Horas quotidie legens devotè; qui parentum suorum consilio nubere volens cum puella pœciola, ac nobili, accepta à sacerdote nuptiali benedictione, Missa completa, recordans quòd die illa Horas de Domina non legisset, omnes de Ecclesia egredi fecit, & sponsam domum mitens, juxta altare Horas de Domina legit: curque antiphonam istam, Pulchra es & decora filia Hierusalem, diceret, subito apparuit ei virgo Christifera inter Angelos duos, dicens: Si ego tam pulchra, & decora sum, quid est quòd me dimittis, & sponsam aliam accipis: nonne sum pulchrior illa: vidisti tam pulchram: Qui respondit: O Domina mea, claritas tua omnem mundi pulchritudinem excellit; tu es super choros Angelorum elevata. Quid ergo vis, ut faciam: At illa respondit: Si carnalem sponsam amore mei dimiseris, me sponsam in celesti regno habebis; & si Conceptionis meæ festum annuatim sexto Idus Decembris solemniter celebraveris, ac celebrandum prædicaveris, eamque in regno Filii mei eris coronatus. Quibus dictis, beatissima mater Christi disparuit: Clericus verò domum regredi renuens, extra patriam cenobium ingressus est, & monachus factus, atque post breve tempus meritis Virginis prælectæ, Patriarcha Aquilæ effectus est, festumque Conceptionis ejusdem omnino diligenter celebravit, & celebrandum ordinavit. *Ex D. Ansel. Epist. ad Co. Anglian. Episcopos, Dionys. Carthus. de Concept. B. Virgin. concl. 2.*

Conceptionis Beatissimæ Virginis festum hinc originem traxit. Dum B. Anselmus Prior monasterii Becensis, postmodum Cantuariensis Archiepiscopus, pro quibusdam urgentibus negotiis ad partes Britannicæ navigasset, iisque expeditis ad patriam rediret, contigit nimia tempestate exorta, & intumescente procella navem periclitari; & dum cuncti in discrimine nimio positi, omnique spe humana deserti, divinum auxilium, & B. Mariæ Virginis flagitarent, potissimè autem Anselmus, qui beatæ Deigenitricis fuerat singularis devotus: subito conspicitur quandam mirabili claritate fulgentem, Pontificali habitu decoratam, super undas maris, versus navem ambulando venire. Qui proximus navi, Anselmum vocat, eumque alloquitur, ut si periculum maris evadere cupit, & in patriam salvus redire, eidem promittat coram Deo, quòd festum Conceptionis Matris Christi annuatim solemniter celebraret, & celebrandum, quibuscumque poterit, suaderet; & cum ille de die festo & officio fiendo interrogasset, respondit, quòd sexto idus Decembris festum illud celebrandū erit quo die beata Virgo concepta fuerat; quòd idem officium, quo Ecclesia utitur in ejus nativitate, in hoc festo dicendum erat, mutato nomine Nativitatis in nomen Conceptionis: & cum primò de nomine nuptii interrogasset, respondit, se esse Nicolaum Episcopum, à B. Deigenitricè pro tali revelatione & liberatione transfussum: mox Anselmus iussa promissit, & veri interpositionem confirmavit; statimque sedata tempestate, & flante vento profuso, ad propria redierunt; & sic ab eodem Anselmo prius in monasterio, deinde in Ecclesia Cantuariensi, cui præfuit, dictum festum celebrari cepit, & sic in pluribus Ecclesiis hujusmodi consuetudo inolevit, ut festum Conceptionis beatæ Virginis 6. idus Decembris, & in Kalendariis acribatur, & solemnè officio recolatur. *Ex Petro de Natal. lib. 1. Catalogi Sanctorum cap. 41. Dionys. Carthusian. conc. 1. de Conceptione B. Mariæ.*

NATIVITATIS.

Dies autem Nativitatis B. Mariæ aliquando fideles latuit: contigit autem, ut refert Joannes Belet, ut Quidam sanctus vir contemplationis sedula vacans, singulis annis 6. idus Septembris, jucundissimos Angelorum cantus audiret; qui Dominum instanter oravit, ut sibi revelaret, cur ea die tantum, & non alia, hoc audiret; demumque responsum accepit, quòd Virgo Maria 6. idus Septembris nata fuit, de cuius Nativitate celestis curia solemnitatem facit, mandans ut

Aut filius Ecclesie manifestaret, ut concordet fierent in tali festo celesti curie. Qui cum hæc summo Pontifici & aliis intimasset, illi scripturis & antiquorum testimoniis insistentes, & cum esse virum sanctum & magne auctoritatis, vera loqui credentes, Nativitatem Virginis ipsa die celebrandam universaliter statuerunt, videlicet 6. idus Septembris. Octava autem Nativitatis B. Mariæ, inquit Jacobus de Voragine, olim non celebrabatur; sed Dominus Innocentius IV. natione Genueusis, ipsam instituit celebrandam. Cujus hæc causa fuit: Gregorio enim IX. per mortem sublati de medio, Romani omnes Cardinales in quodam conclavi conlocerunt, ut citius Ecclesie provideretur: sed cum per plures dies concordare non potuissent, & ipsi à Romanis multis molestias sustinuisent, voverunt Regine cæli, quod si ejus meritis concordarent, & liberi abire possent, Octavas hæc Nativitatis diu neglectas de cætero statuerent celebrandas: sicque in Domum Cælestinum convenerunt, & liberati, per Dominum Innocentium votum adimpleverunt: Cælestinum enim modico tempore superavit, & ideo per eum impleri non potuit. *Petr. de Natal. in Catal. l. 8. c. 51. Spec. histor. Vincent. l. 7. c. 19. ex Ioan. B. Bebel. l. de divin. offic. c. 149. Div. and. l. 7. c. 28.*

PURIFICATIONIS.

Constantinopoli mortalitate magna insurgente, statuta est solemnitas Purificationis B. Mariæ, quæ Græcè *ἁγιασμα*, id est, obviatio dicitur, eò quod die illo Simeon obviaverit oblato in templum Domino; & ita mortalitas illa cessavit. *Baron. t. 8. an. 344. n. 9. 10.*

OCTAVA ASSUMPTIONIS PRIMO à Leone IV. instituta, & cur.

JACOBUS Philippus Bergomensis Ordinis Eremitarum, libro 11. anno Domini octingentesimo quadagesimo octavo, in supplemento Chronicon scribit, quod Leo quartus Pontifex Sergio suffectus, vir certe religione, innocentia, humanitate, pietate, omnique bonitate atque doctrina præclarus, ac denique tante sanctitatis fuit, in quibus basilicum serpens, ejus venenato anhelitu perierant multi, & formæ Lacinæ depulerit; crucisque signo maximum illud incendium extinxerit, quod diu per domos Saxonum & Longobardorum vagatum fuerat, & D. Petri Basilicæ appropinquabat. Ob cuius rei memoriam mandavit; Assumptionis B. Mariæ Dei genitricis octavas, qua intercedente hoc miraculum impetraverat, perpetuo celebrandas; quas, ut inquit Anastasius, Roma antea minime colebat; vigiliis facris, matutinisque cum omni clero per octavas laudibus in basilica ejusdem semper Virginis Domine nostræ, quæ foris muris circum basilicam B. Laurentii martyris sita est; in qua etiam magna populi multitudo convenit, novæ festivitatis cupiens celebrare solemnitatem. Hoc ipse magnanimus cum videret Antistes, omnibus qui aderant huic celebritati, plenius argenteo erogavit. *Iac. Philip. Bergom. Ord. Eremit. l. 11. sub ann. Dom. 848. Baron. tom. 10. Annal. ann. 835. sub Leone IV. ex Anastasio Bibliotecario.*

Vide plura loco allegato.

FESTA APOSTOLORUM.

Anno Domini millesimo octuagesimo septimo, peregrini quidam, dum orationis gratia ad B. Benedicti monasterium pergerent, obviam habuerunt Canonico senem. Percontantibus, quis esset: Petrus Apostolus se esse, respondit. Sciscentibus, quò pererent: Ad fratrem, inquit, Benedictum D. proficiscor, ut cum illo passionis meæ celebrem diem: Romæ quippè consistere nequeo, quia Ecclesia mea diversis procelis agitatur. Quod dum Fratris viri illi postmodum referent, ac succedentium memoriam constituerunt, ejusdem Apostoli solemnitatem non minori veneratione, quam Paris Benedicti, celebrandam. *Baron. tom. 11. Annal. Eccles. ad ann. Christi: 1087. 5.*

FESTUM S. PETRI AD VINCULA.

THEODOSIO Juniore imperante, cum Eudocia ejus uxor Jerosolymam solvendi voti causa venisset, ibi multis est affecta muneribus: præ cæteris insignis donum accepit ferreæ catenæ, auro gemmisque ornate: quam illam esse affirmabant, qua Petrus Apostolus ab Herode victus fuerat. Eudocia catenam piè venerata, eam postea Romanæ ad filiam Eudoxiam misit, quæ illam Pontifici Maximo detulit: ique vicissim illi monstravit alteram catenam, qua sub Nerone Imperatore idem Apostolus constrictus fuerat. Cum igitur Pontifex Romanam catenam cum ea, quæ Jerosolymis allata fuerat, contulisset,

factum est, ut illa inter se sic conneckerentur, ut non dux, sed una catena ab eodem artifice confecta esse videretur. Quo miraculo tantus honor sacris illis vinculis haberi cepit, ut propterea hoc nomine S. Petri ad vincula Ecclesia, titulo Eudoxiæ, dedicata sit in Exquilis, ejusque memoria dies festus institutus Kal. Augusti. Quo ex tempore honos, quo die profanis gentium celebrabatibus tribui solitus erat, Petri Vinculis haberi cepit. Quæ tacta ægros sanabant, & demones eiciebant. Quo in genere anno salutis humanæ nonagesimo sexagesimo nono accidit, ut quidam Comes, Othonis Imperat. familiaris, occupatus ab immundo spiritu, seipsum dentibus dilaniaret. Quare is iussu Imperatoris ad Joannem Pontificem ducitur: qui ut sacra catena Comitum collum attingit, erumpens nefarius spiritus, hominem liberum reliquit: ac deinceps in Urbe sanctorum vinculorum religio propagata est. *Ex Breviar. Rom. Kalendis Augusti. & Sigebert. in Chron. an. 438. & Naucler. tom. 2. gener. 15. an. 435.*

De Festis aliorum Apostolorum, Martyrum, quos hac ratione Ecclesia imitando proponit, Virginum, Confessorum, imò & Angelorum, quando, & à quibus instituta, aliaque eò spectantia, videat Lector apud Cardin. Bellarm. & Francisc. Soares loco supra indicato; particulatim vero apud Cardin. Baronium in Martyrologio nuper edito.

FESTUM ANIMARUM.

Sive amiverſaria Commemoratio fidelium defunctorum à S. Odilone Abbate Cluniacensi inchoata, & postea instituta ab Ecclesia.

Anno Domini nonagesimo nonagesimo octavo, quidam religiosus ab Hierosolymis veniens, in Sicilia relictus cupidam humanitate aliquandiu recreatus, didicit ab eo inter cætera, quòd in illa vicinia essent loca æruentia flammarum incendia; quæ loca vocantur ab incolis Ollæ Vulcani; in quibus animæ defunctorum luanit diverſa pro meritorum qualitate supplicia, ad ea exequenda deputatis ibi demonibus, quorum se crebro vocis, iras, & terrores, sæpe etiam ejulatus audisse dicebat, plangentibus, quod anime de manibus eorum epeperant per elemosinas, & preces fidelium, & hoc tempore magis per orationes Cluniacensium orantium indefesse pro reque defunctorum. Hoc per illum Abbas Odilo comperto, constituit per omnia monasteria sibi subiecta, ut sicut primo die Novembris solemnitas omnium Sanctorum agitur, ita sequenti die memoria omnium in Christo quiescentium celebraretur. Qui rixta ad multas Ecclesias transiens, fidelium defunctorum memoriam solemnizari fecit. Quod autem ille in suis monasteriis (inquit Baronius) faciendum curavit, id postmodum Romani Pontificis auctoritate ubique locorum servandum sacris legis factum videtur. *Sigebert. Gembla. in Chron. an. 998. Joan. Trithem. in Cbro. Hist. sancti. in Chron. an. 998. Joan. Trithem. in Cbro. Hist. sancti.*

FESTUM OMNIUM SANCTORUM.

CAUSA INSTITUTIONIS.

Hoc omnium Sanctorum festum institutum est propter orationum nostrarum faciliorem impetrationem, ut sicut Ecclesia militans hodie omnes Sanctos universim honorat, sic & ipsi vicissim pro nobis omnes simul intercedant. Quæ ratio in Oratione tangitur, dum dicitur: *Desideratam nobis tuæ propitiacionis abundantiam multiplicatis intercessionibus largiaris.* Quòd autem Sancti omnes ita universon pro nobis intercedant, sequenti anno à festo instituto, tali viſo monstratum est: Cum enim Custos Ecclesie S. Petri in Urbe altaria omnia circumfisset, & omnium Sanctorum suffragia implorasset, ad altare S. Petri rediens, in spiritu rapitur: & ecce vidit Regem Regum in sublimi solio confidentem, & omnes Angelos circumstantes: deinde Regina in diademate fulgente cum dominarum multitudine advenit: cui Rex assurgens, eam iuxta se sedere fecit. Post hæc venit quidam vestitus pilis camelorum, quem sequebatur multitudo venerabilium seniorum. Deinde advenit alius in Papali habitu decoratus, quem plurimi in Pontificalibus sequebantur. Postea processit innumera militum multitudo. Post quos advenit turba diversarum gentium infinita. Hi omnes Regem festis genibus adoraverunt. Angelus autem, qui custodem dicebat, eidem visionem exposuit, afferens, Reginam Dei matrem esse: Dominas vero, virgines continentis: pilis camelorum vestitum, Joannem Baptistam: Seniores, Patriarchas & Prophetas: Papali habitu ornatum, Petrum Apostolum; Pontifices, Apostolos omnes; Milites Martyres; turbam reliquam, Confessores. Qui ideo ante Regem Christum advenerant, ut pro honore ipsius hoc die exhibitio

Abito gratias agerent, & pro orbe universo exorarent. Deinde dictus custos ad alium locum ductus, vidit utriusque sexus homines, alios immentis varique deliciis gaudentes, alios inopes & famelicis mendicantes. Dixit autem Angelus, hunc locum Purgatorum esse; abundantem vero animas, illas esse, quibus ab amicis per suffragia subveniebatur; egentes vero, quarum cura nulla habebatur. Iustitiam igitur, ut omnia via Pontifici intimaret; & post omnium Sanctorum festum, diem statueret animarum, ut saltem generalia suffragia illo die pro illis fierent, qui specialia habere non possent. Et ideo commemoratio Defunctorum sequenti die ordinata est. *Epist. in Catalog. Sancti. l. 20. c. 1.*

De festis quorum hic meminimus, etiam nonnulla traduntur in loco de Religione, Tu. Religiosus cultus respectu materia consideratus. Vbi Temporibus sacris.

DIES ROGATIONUM.

QUANDO, CUR, A QUO INSTITUTI?

Anno Christi Domini quadringentesimo quinquagesimo secundo, beatissimus Mammetus Viennensis Episcopus cladem imminentem lacrymis & precibus suis à Viennensium urbe movit. Siquid incendia crebra, terræmotus assidui, nocturni fœnitus quidam, totius urbis funeri prodigiosum quiddam ac ferale imminantes, populos hominum conventibus domesticis sylvestribus ferarum species observabantur; lupi, ursi, ac cervi, naturaliter pavidi, per angusta portarum usque ad fori lata penetrabant. Quid multis imminente solemnitate Vigilaram, qua celebrari festum Dominiæ Resurrectionis annuo consuetudo postebat, ades publica, quam præcello civitatis Viennensium terris sublimitas in immensum fastigiata sustulerat, flammis verticibus confragare crepusculo cepit. Interpolatur nunciis discriminis jactandis sublimitatis, plenum timoribus populo Ecclesie vacuatur; omnes namque famelicis facultatibus vel domibus propriis casum de quadam præimminente incendio arce metuebant. Perstitit tamen coram festis altaris invictis Antistes sanctus Mammetus, & calore fœtæ fixæ accendens flumine lacrymarum, permittam ignibus votivitate incendio abdicentem conpulset; desperatione deposita rediit ad Ecclesiam, in eaque vigilatum nocte sanctæ Paschæ concepit animo Rogationes, atque ibi cum Deo tacitus definit. Quicquid hodie Palmaris ac precibus mundus inelamatur. *Ado Viennensis in Chron. etate 6. sub ann. Dom. 452. & Gregor. Tur. lib. 2. hist. Franc. cap. 34.*

Vide Rogationes, & Rogationum dies, in littera R.

NUMERUS ET COMPARATIO FESTIVITATUM

PRÆCIPUARUM.

Numerus Festivitatum, quæ ex generali Ecclesie præcepto observari ab omnibus debent, ad LXXX. ut summum ascendit. Sunt enim Dominicæ regulariter LIII. nam per singulos annorum senarios numerantur LIII. Festa Domini x. quorum duo in Dominicis coincidunt, quibus adde iv. adjuncta Paschæ & Pentecostes, & iv. solemnitates B. Virginis: Nativitatem Joannis Baptistæ: Apostolorum x. quia aliqui combantur; Martyrum tres, inventus numerum à nobis indicatum. In particularibus autem Provinciis plura adjiciuntur, utpotè SS. Martini, Nicolai, Catharinæ, &c. vel Patroni, aut Sancti alijus particularis, vel Dedicationis Ecclesie; sic ut D. numerus utrobique nequeat definitur.

Sunt autem omnia Festa æqualia quoad omissiones, vel actiones, ad quas obligat præceptum observandi festos dies. Intendivæ enim, ut loquuntur Theologi, oritur inæqualitas quedam ratione dignitatis & solemnitatis ipsius Festi: quod quò est dignius, etiam major est obligatio illud servandi, magisque peccatur in illius transgressione, aut contemptu. Atque hæc etiam fit, quòd majora signa honoris & cultus ab Ecclesia adhibeantur in Festis quæ majora vocantur: Paschæ, Pentecostes, Nativitatis, Corporis Christi, Epiphaniæ, omnium Sanctorum, & Assumptionis Deiparæ. Addunt alii Ascensionem Domini, omnino festo Assumptionis.

Dominicæ omnes abique concurtu alterius festi spectate, sunt æquales: quamvis Dominica in Albis celebratur officio dupli, propter octavam Paschæ. Item Dominica Quadragesimæ, & Adventus populo magis coluntur ratione temporis sacri. Videtur etiam Dominica Septuagesimæ peculiariter cultum adducere, novumque officium ritum; omittitur enim Alleluja, &c. Ratio autem nominis istius à Ruperto tangitur,

quod nempe sit prima septem Dominicarum, quas ante E. Dominicam Passionis Ecclesia præcepit celebrari, ut quibus in memoriam revocatur spirituales nostram captivitatem, à qua per Dominicam Passionem liberati sumus. Reliqua videantur apud Aleum de Offic. divin. Durandum, & Lidorum de eodem argumento.

FESTORUM DIERUM APUD CHRISTIANOS

VENERATIO ET CULTUS PER EXEMPLA.

De quorundam observatione diximus supra.

EX S. SCRITURA.

Christus Dominus exemplo suo docuit, festa in Ecclesia instituta observare, quando causa Paschæ Judoorum ascendit Hierosolymam, & ejecit è templo ementes & vendentes, quod orationi & sacrificiis deputatum erat. *Joan. cap. 2.* Quin addit Evangelista: Cum autem esset Hierosolymis in Pascha in die festo, multi crederentur in nomine ejus. *Ibidem.*

Discipulis Christi Domini spicas vellentibus, easque manducantibus, dixerunt Pharisæi: Ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere Sabbatis: At ille, Non legitis, quid fecerit David? &c. *Matth. 12. Luc. 6.*

Ut Christus Dominus hujus præcepti intelligentiam aperiat, non esse ab omni prioris opere cessandum, mira, aliaque bona opera fecit; nam Sabbato manum aridam sanavit; *Matth. 12.* mulierem *Luc. 13.* & alios. Imò in Sabbato lex Dei proponebatur, & legebantur voces Prophetarum. *Act. cap. 13.*

HISTORICA.

ETHNICORUM FESTA SERVANTIUM.

Sub Mauritio Imperatore, bello inter Romanos & Hunnos sub Prisco duce & Cajano Rege flagrante, quim Romanus exercitus magna annonæ inopia laboraret, instante festa somnitate Paschali, Cajanus ad Priscum misit, qui diceret: Mitte ad me currus, & ego tibi alimenta mittam, quibus lætante hæc festa Paschalia perages. Misit igitur quadraginta currus, mittens simul ad Capanum aromata Indica, piper, cassiam, & similia; & ei remisit Hunnos alimenta copiosa: atque ita durante festo simul frequentabant, sine ulla metu, aut suspitione, finito festo ad arma redibant. *Niceph. Call. lib. 18. hist. Eccl. cap. 36.*

CHRISTIANORUM, AC PRIMUM IMPERATORUM,

QUI DIEM DOMINICUM VENERARI

legibus suis sanxerunt.

An. Christi Dom. 321. Constantinus Imp. hanc de feriando die Dominico edidit sanctionem: Sicut indignissimum videbatur, diem Solis veneratione sua celebrari, alterantibus jurgis & noxiis partium contentionibus occupari: ita gratum ac jucundum est, eo die, quæ sunt maxime vota, compleri. Atque ideo emancipandi atque manumittendi die festo cuncti licentiam habeant, &c. Et Eusebius testatur, eandem feriacionem diei Domini ab eodem Constantino imperatam, & quid eo die faciendum esset, præscriptis, dum sicut: Idoneum verò præcationi tempus salutarem diem Dominicum constituebat; quippe qui tum verè præcipuus est, haud dubie primus: ac paulò post: Satellites etiam fidi corporis cultodes, benevolentia erga Principem & fide armati, Regem ipsam piorum morum præceptorem sequebantur: cum ipsi perinde salutarem & Dominicum diem venerarentur, & preces ab Imperatore descriptas eodem die perolverent. Hoc idem ut facerent, omnibus persuasit beatus Princeps; qui hæc preces suas restitit, ut sensim & pedetentim mortales omnes ad Dei cultum traduceret. Quapropter statuit, ut cuncti Romano Imperio parentes, diebus de Salvatoris nomine nuncupatis ab omni opere feriantur; ut etiam dies, qui Sabbatum antecederent, venerarentur ob memoriam (ut mihi videtur) earum rerum, quæ iis diebus à communi omnium Salvatore fuerunt gesta. Cumque hunc salutarem diem, quem Lucis vel Solis diem appellamus, universum exercitum omni studio colere docuisset; iis, qui divino instructi fidem fecerant, orium fecit, ut liberè possent Ecclesiam Dei frequentare, quò sine ullo impedimento preces Deo perolverent: Sed aliis, qui nondum divinam gustant doctrinam, alia quadam lege mandavit, ut Dominicis diebus in patentes suburbiorum campos exirent, atque ibi eadem præcationis forma, dato ab uno aliquo signo, armis utri, & rerum sitarum spem in armis oportere aiebat, armis utri, & rerum sitarum spem in armis, aut corporum viribus ponere; sed universis Deum, rerum omnium bonatum & ipsi victorie auctorem agnoscere

A cui oporteret etiam panis in cœlum manibus, & sublati altissimi ad Deum cœlestem Regem mentis oculis, constitutas preces reddere; ut illum victoriæ largitorem, & conservatorem, custodem nobis, adiutoremque precibus imploremus. Formulam verò precandi ipse militibus omnibus præscripsit: Te solum Deum agnoscimus: te Regem profitemur: te adjuutores invocamus: per te victorias consecuti sumus: per te hostes superavimus: abs te & præsentem felicitatem consecutos fatemur, & futuram adepturos speramus: tui omnes supplices sumus. Abs te petimus, ut Constantinum Imperatorem nostrum unâ cum pijs ejus liberis quam diutissime nobis salvum & victorem conserves. Ejusmodi ferè faciebatur à militibus Solis die fieri, taleque ab eis voces in divinis precibus adhiberi. Addit Sozomenus: Dominicum diem, quem Hebraei primum Sabbati appellant, Græci Soli deputant, à judiciorum & aliarum rerum negotiis liberum, à cunctis celebrari, inque illo oratione ac supplicatione Deum coli voluit. Eum verò diem fieri honoravit, quòd in eo Christus à mortuis resurrexit: alterum autem, quòd illo crucifixus fuerit, *l. 3. de feriis, C. Theodos. Et Euseb. in vita, l. 4. c. 15, & 19.*

B Anno Christi Domini trecentesimo sexagesimo septimo, Imperatores Valentinianus, Valens & Gratianus Augusti, ad Lampadium Viventium, urbis Romanæ præfectum, ita scribunt: Ob diem Paschæ, quem intimo corde celebramus, omnibus, quos reatibus adstrictos, carcer inclusit, claustra dissolvimus. Attamen sacrilegus, in majestatem reus, in mortuos veneficus, sive maleficus, adulter, raptor, homicida, communiõne istius muneris separentur. Datum Romæ 3. Non. Maji. *Ex l. 3. de Indulg. Cod. Theodos. Bar. tom. 4. an. 367.*

LUDI THEATRALES, SCENICI. Item JUDICIA, CONVENTUS EODEM DIE, ALIISQUE INTERDICTI.

Anno reparatæ salutis humanæ per Dominum nostrum Jesum Christum quadringentesimo sexagesimo nono, Leo V. Imperator ad conciliandam sibi in summo discrimine divinitatem, mense Decembri, de sanctificandis festis diebus, prohibendisque in eisdem Circensibus, Scenicisque spectaculis, ejusmodi promulgavit sanctionem: Dies festos majestati altissima dedicatos, nullis volumus voluptatibus occupari, nec ullis exactionum exactionibus profanari. Dominicum itaque diem ita semper honorabilem decernimus venerandum, ut à cunctis executionibus excusetur. Nulla quæquam urgeat admonitio, nulla desideriosis flagiteur exactio: taceat apparatus, advocatio delictorum: sit ille dies à cognitionibus alienis, præconis horrida vox sinecat: respirent à controversiis litigantes, & habeant fœderis intervallum: ad sese simul veniant adveniant non timentes, subeat animos vicaria penitendo, pacta conferant, transactiones loquantur.

Nec hujus tamen religiosi dieti ota relaxantes, quenquam patimur voluptatibus detineri. Nihil eodem die sibi vendicet scena theatralis, aut Circensæ certamen, aut ferarum lacrymosa spectacula. Et si in nostrum ortum aut natalem celebranda solemnitas incidit, differatur. Amissionem militiae, proseriptionemque patrimonii sustinebit, si quis unquam hoc die festo spectaculis interesse, aut cujuscumque Judicis apparitor, prætextu negotii publici vel privati, hæc quæ hæc lege statuta sunt, crediderit temeranda. Data Idibus Decembris, Constantinopoli, Zenone & Marcelino Consulibus. *L. ult. Cod. de feriis: apud Baron. tom. 6. An. Dom. D 469.*

Dominico, qui septimane totius primus est dies, & Natale, atque Epiphaniarum Christi, Paschæ, & in Quinquagesimæ diebus, quem diu cœlestis lumen lavacri imitantia novam sancti baptismi lucem vestimenta testantur; quo tempore & memoratio Apostolicæ passionis totius Christianitatis magistræ à cunctis ritè celebratur, omni Theatrorum atque Circensium voluptate per universas urbes earundem populis denegata, totæ Christianorum ac fidelium mentes Dei cultibus occupantur. Atne quis existimet, in honorem numinis nostri, veluti majore quadam Imperialis officii necessitate compelli, & nisi divina religione interrupta, spectaculis operam præstet, subeundam forsitan sibi nostræ serenitatis operam præstet, dum res divina completeret; volumus officio quantumvis parvo, consecuturum suæ aliquid detrudere, & voluntati aliud suadenti pro Deo contrarium ingerere. *In vita ejus c. 2. apud Sur. 19. Nov. tom. 6.*

De THOMA MORO Angliæ Cancellario memoratur, quòd etiam carceri inclusus à Henrico VIII. semper diebus festis melioribus induti vestimentis voluerit, quòd non modò interno,

quidem ob propensionem ad Dei cultum festis diebus exhibendum Imperator volens libensque carere voluit: *lib. 5. de Spectaculis, Cod. Theodos. apud Baron. tom. 5. an. 425.*

Ad imperatorem est, inquit D. Greg. vobis à perventis hominibus esse prædicatum, ut Dominico die nullis permissis lavari. Et quidem si pro luxu animi atque voluptate quis lavari appetit, hoc fieri nec reliquo quolibet die concedimus: si autem pro necessitate corporis, hoc nec Dominico die prohibemus. Scriptum quippè est: *Nemo unquam carnem suam odio habet, sed urit eam, & fovet eam.* Qui igitur carnis curam in concupiscentiis fieri prohibet, profecto in necessitatibus concedit: Nam si Dominico die corpus lavare peccatum est, lavari ergo eodem nec facies debet. Si autem hoc in corporis parte conceditur, cur hoc exigente necessitate toti corpori denegatur? Dominico vero die à labore terrestri cessandum est, atque omnino orationibus insistendum; ut si quid negligentia per sex dies agitur, per diem resurrectionis Dominicæ precibus expiatur. *Ex Biblioth. Vatic. & Cod. vesp. Joan. Diac. l. 4. vitæ, c. 51.*

Anno, qui supputatione Græcorum à mundi origine numeratur sex millesimo quadringentesimo sexagesimo quartus, ex hac vita in cœlum migravit magnus ille Paulus Anachoretæ. Prænovit, suum exitum fore 15. Decemb. cuius rei causa letior effectus, Sancto natus die hilarior celebravit, præcipue verò, quam alacrius celebrare consueverat, S. Æcatinæ. De cujus festa die hæc in ejus vita auctor fidelis: Et aliorum quidem Sanctorum memoria, hilaritatis animam Paulo dabant: martyris vero Æcatinæ non solum voluptate sanctum replebat, sed propemodum exultatione & tripudio. Etenim celebrabat illam non corporis tantum sensu, sed admixta simul spiritali lætitia, aut potius præcipuum id erat, quod spiritui dabit. Feriant igitur, & sub dio epulanti cum fratribus, largus imber imminet, monacholique furege parentes ipse inhiibit: & pluvia cursum tanquam iusta precessit, ne gutta quidem vel tenui lapsa, quoad sublate sunt mensat. Idem vero surgendi initium fuit, & pluvie cadendæ; mox enim magno impetu & copia fuit, quasi tellera data, cepit. *Baron. tom. 10. Annal. ad ann. Christi 956. ex Cursulæ.*

VENERANTES FESTA A DEO MUNERANTUR.

De veneratione rerum divinarum stupendum valde audivi G. miraculum à fratribus Ordinis Prædicatorum, qui personas, per quas gestum est, cognoverunt. In Theontia paribus Miles quidam ad deponendam herbam de prato conduxerat falcatores. Illis igitur falcantibus in vigilia cuiusdam Sancti, ubi tempus vespertinum advenit, per villas in circuitu compulsabantur; & mox unus ad socios falcatores: Desistamus, inquit, ab opere, quia jam vespere compulsumur. Sed cum illi nolent, imò magis verbis confunderent admonentem, ipse mox opere derelicto ad vespere ivit. Tertio autem die ad opus imperfectum cum aliis rediens, vidit, quòd antecedentibus aliis, se solum falcare posterius oporteret; & propter hoc ab omnibus est derisus. Patienter autem ferens ritus omnium & cachinnos, ubi manum ad falcem posuit, ante se pendente in furculo graminis dragmam miræ & invisæ magnitudinis auream mox invenit: Curvatus ergo in genibus, cum lacrymis Dominum benedixit. Quo clamante, concurrunt socii, concurrunt & miles prati dominus, vident divinum miraculum, scripseruntque miles literatus in nummo voce patris legens hæc, ut interpretari potuimus, continebat: *Manus Dei me cepit, & in donum me redegit pauperis, qui non introgit diem H. sancto celebrare.* Hanc drachmam uxor militis ferè machina erga pauperem emit, & multis postea in rei gestæ probationem ostendit. *Ex Thoma Cantipratensis. lib. 2. Apum cap. 53. par. 9.*

Festis dies pro ingenii modulo religiosè admodum peragebat B. Elisabeth Regis Hungariæ filia, ita ut (quod ea fuit ætate mirum) semper aliquid sibi de ornatu corporisculi decerneret, sciens, Deo magis mentem, quam vestem placere; accipereque animum esse religionis studio deditum, quam corpus margaritis, purpura, lapillis, auroque & argento præfulgidum. Proinde Chirothecarum ulum tantisper intermittebat, dum res divina completeret; volumus officio quantumvis parvo, consecuturum suæ aliquid detrudere, & voluntati aliud suadenti pro Deo contrarium ingerere. *In vita ejus c. 2. apud Sur. 19. Nov. tom. 6.*

De THOMA MORO Angliæ Cancellario memoratur, quòd etiam carceri inclusus à Henrico VIII. semper diebus festis melioribus induti vestimentis voluerit, quòd non modò interno,

A sed & externo corporis cultu eadem veneranda esse assereret. Quin accepta mortis crudelissime sententia, dum illius executio differretur in diem translationis S. Thomæ Cantuarum cum gaudio excepit. Dicebat autem in illius vigilia, Utinam crastinus me dies Deo conjungeret! Et ita evenit. Illum namque diem (non Martyri Deum indulsit, in quo & Patroni, cuius is nomen ferebatur, sanctique Petri Apostoli (incidit enim in Octavam Apollolorum ille dies) pro cuius primario sanguinem fidebat, celebris memoria in Ecclesia fiebat. *Thom. Stapleton. in vita cap. 19.*

Quidam Religiosus magnæ devotionis, ad Deum, & ad Sanctos ejus tam devotus erat, ut quolibet festum haberet in charta depictum, & quandiū quolibet festum durabat, tandiū chartam illius festi depictam, quam in inchoatione festi in pariete cœle sue appenderat, pendere dimisit; & ante illam sedendo, & devotè inspicendo orabat, gemebat, plorabat. Tam devotus enim erat ad festa B. Virginis, quòd quolibet festum ipsius aliquibus diebus ante suscipiebatur, dicendo mille vicibus, Ave Maria. Tam devotus præcipue ad festum Omnium Sanctorum, quòd antea per unam septimanam jejuniis & castigationibus ad suscipiendum festum ipsum præparabat, & per octo dies ad honorem omnium Sanctorum festum devotissime sedula peragebat. Tam devotus insuper exiit in sua Divisio, quòd multum gravabatur, si minister, vel alia persona flaret, nisi faciem ejus videre poterat, quia de oculis suis lacrymæ fluebant, & genus ubertim irrigabat; quod hominibus celatum esse cupiebat. Ille qui devotus erat in Sanctos, in die omnium Sanctorum migravit ad Dominum; qui post aliquis septimanam apparuit cuidam devoto Religioso in somnis pulcherrimus & jucundus, indicans se Sanctorum collegio locatum. *Jordan. Saxonie. lib. 2. de communione spir. cap. 17.*

FESTORUM VIOLATORES, CONTEMPTORES, PROFANATORES PUNITI.

AC PRIMUM PROFANANTES DIEM DOMINICUM.

C Postquam inventa essent Thebæorum martyrum corpora post multos passiones suæ annos, S. Theodoro Aganensium Episcopo revelata, in eorum honorem cum extrueretur basilica, que vaste tunc adjuncta rupi, cum tantum latere acclivis jacebat, sed nunc jubente præclaro meritis Ambrosio loci illius Abbate, denuò edificata, biclavis esse dignoscitur, quid miraculi tunc apparuerit, nequidquam tacendum putavi. Accidit, ut inter reliquos artífices, qui invitati ad hoc opus convenisse videbantur, quidam esset auxilix, quem adhuc gentilem esse constaret, Hæc eum Dominico die, quo ceteri ad expectanda diei ejus festa abscesserant, in eadem domo, in qua artem agebat, solus subsistit, in illo secreto se subito manifestantibus Sanctis, hic idem auxilix raptus, & ad prænam, vel ad supplicia distenditur. Et visibiliter turbam martyrum cernens, verberatur etiam increpatur, quòd vel die Dominico solus Ecclesiæ desisset, vel illum ornatum operis sancti suscipere gentilem. Quod ideò misericorditer à Sanctis factum constitit, ut auxilix ille conscientiatu & terrius salutare sibi nomen posceret; statimque Christianus effectus est. *In vita S. Mauricii & sociorum 22. Sept. c. 11. apud Sur.*

Cum S. Stephanus Dientis Episcopus jam concionando, exhortando, visitando, cepisset exercere munus suum, & totius populi cum multo zelo studere saluti, invenit gentem illam execrabili consuetudine occæcatam non honorare diem Dominicum imò verò contra Dei præceptum diabolo illum dedicare, quòd illo solo die exercebantur nudinae, tabernæ, choreæ, ludi, luxus, & perniciosa spectacula. Quamobrem ad populium concionatus, blandis & mellis verbis, aperitissimisque rationibus ostendit eis peccati illius enormitatem, divinaque majestatis offensionem & contemptum. Sed gens belluina & maxime non solum non admittit sermones ejus, sed etiam per contemptum eos audire recusat. Dolens autem ferus Dei tam protervos illos ad corrigendos mores, ad ritus impios tam planè barbaros, tam erga religionem Christianam insolentes, tam vita profanos, acriter insistentem existimavit. Itaque intelligens se non mercenarium esse, sed Pastorem, constituit, opportune, importunè prædicationi in cumbere, si fortassis possent respicere à diaboli laqueis, à quo captivi detinebantur. At furdas illorum aures sermo divinus minime penetrabat. Tum verò animi magno concepto dolore, Apostolicum virum referens,

& sui Apollolatus signa evidenter ostendens, præcepit demonibus, qui ad ea, que diximus, facinorosa illos incitabant, & quorum voluntati parebant, ut sine ulla cujusquam læsione palam se eis visendos exhiberent. Mox parent illi demones, quem homines pervicaces audire nolebant. Videre tum licebat horrendum & terribile spectaculum, demones proceræ & immani statura, nigerrimos, cornutos, fœtorem & flammam spirantes, ad viri imperium apparere cunctis, rursusque recedere, nec quenquam ledere posse. Cepit ergo occæcata gens aperire oculos, vitam & mores corrigere. *In vita S. Stephani Episc. Dientis, apud Surium, tom. 5. Sept. 7. cap. 9.*

Quidam ausu temerario die Dominica jungens boves, agrum sulcare cepit, apprehensaque securi, ut aliquid emendaret in vomere, protinus contractis digitis, manubrium in dextera ejus inhæsit: cumque præ dolore nimio cruciaretur, post duos annos veniens ad B. Martyris Juliani Basilicam, vigiliis fideliter celebravit: statim in ipsa die dominica referata manus, lignum, quod invitus tenebat, amisit; magnam inferens populo diuicplinam, ut quod die Dominica fuerat perpetratum, ipsè quoque die Dominica purgaretur. At ille magnificans gloriam Martyris, recessit incolatus, nec ultra die resurrectionis Dominicæ quidquam ausus est operari. *Greg. Turon. mirac. lib. 2. cap. 11.*

Vir quidam avarus, instigatus cupiditate, arrepta securi die Dominica avidus operator exiterat. Quem, securis manubrio in manibus inherente, ultio statim divina subsecuta est. Idem tamen cogentibus doloribus, post menses quosdam Maurilium Episc. Andegavensem expetens, lux ordinem culpæ flebiliter confitebatur. Cujus cum vir beatus ponitum vidisset, commotus spiritu dolere cepit. Sed cum sanctus Maurilium manubrium tetigisset securis, illicò laxatus nervis, & erectis digitis, omnique fugato dolore, manus integrè reformantur, & iolpes cum gaudio est regressus. Et aliter quidam Belgicus nomine, primo die Paschæ proprias segetes servis propriis temerario jure mundare præceperat. Mancipia autem cum reniti cepissent, ac dicere, contra auctoritatem fore, ut tali die opera agerentur servilia, Dominus coram, ut id agerent, eos coegit invitos. Sed cum segetes ingressi, lolla & quæcumque inuria satirre tentasset, mox Belgicus oculorum cæcitate percussus, cepta deserent, immensis vocibus clamabat invitus. Cum autem per tres annos in ea cæcitate permanisset, dum Beatum Maurilium pro commissis villis populi salvatione, ut Episcopus moris est, vicos ac villas circumfendisset, cogentibus continuis doloribus, sedulus ac devotus expetebat, ut ei vel vestimentum tangere Sacerdotis concederetur, confidens, per hoc se posse statim sanari. Quod cum præparantibus amicis tangere meruisset, mox merito Sacerdotis lumen amissum recipere meruit. *In vita S. Maurilii apud Sur. tom. 5. Sept. 13. cap. 17. & 18.*

Postquam Joan. Castellæ & Legionis Rex, feliciter bella gessisset contra Ducem Alencastriæ, quadam Dominica die, cum esset apud Alcalá de Henares, ante prandium equitavit equum quandam non satis domitum; & cum extra oppidum cursum faceret, equus ipse tam fortiter celsitavit, ut supra regem caderet. Taliter eum inter fellam & terram oppressit, quòd infra paucas horas mortuus est. Nec dubitandum est, displicuisse immortalis Deo, hunc Principem Dominicæ festivitati non satis honoris tribuisse: Nam scriptum est: *Benedixit Dominus diei septimo, & sanctificavit illum:* Nec enim solum ab omni opere cessare prohibuit, sed & a venationibus & vanis jocolationibus. *Rodericus Toletan. 4. part. bist. Hispan.*

Sub urbis Turonicæ territorio apud vicum Langavienfem, mulier quadam ex incolis conspersa Dominica die farina panem formavit, quem segregatis prunis crinte ferventi contextit decoquendum. Quod cum fecisset, protinus ejus manus dextra divino igne succensa cepit exuri. At illa vociferans & plangens, basilicam hujus vicii, in qua reliquæ B. Joannis Baptistæ continentur, exiit, & oratione sua vocavit, in hoc die divino Numini consecrato nullam operam exercere, nisi tantum orationi vacare. Noctè verò sequenti facti cereum in altitudine status sui. Tunc in oratione pernoctans, tento tota noctè manu propria cereo, extinctis ardoribus incolatus est egressa. *Gregor. lib. 1. de Glor. marty. cap. 16. Alsyf. Lipom. tom. 4.*

Dum sacratissimus Domini famulus Hubertus, Episcopus Leodiensis, curam gregis gerens, parochiamque suam circumiens, ovili sibi commisso invigilaret, ne qua luporum ver-

A futa aditum in eo inveniret, & in villam, cui Vovich vocabulum est, devenisset, & secunda Dominica temporis Quadragesimalis adesset, mulieris cuiusdam pulsat est necessitate, ut & cum quanta reverentia dies resurrectionis Dominice coleretur, declararet: nam cum jam dicta mulier, posthabita Dominici diei reverentia, panifico, quamquam iusto, deserviret ministerio, manus illa, que factam solemnitate insolenter temerare tentaverat, subito obtriviret: arefcentibusque a sanguinis humectatione venis, ac nervis siccitate contractis, adeo stupide sunt reddite, ut unguis ejus palmis ambabus videretur infixi. Que tanta necessitate adstricta, unum sibi solummodo restare remedium credidit, ut virum Dei adiens, cuiusmodiurgeret necessitate, exponeret: atque eas, quas sibi temeritas abstulerat, per ejus orationem sibi reddi manus flagitaret. Neque spes eam fecellit: nam exenti viro Dei ab Ecclesia, obvia mulier ad pedes proruit, quo ab ea possit erui, postulat. Cui vir Dei: Vade, inquit, & deinceps tali presumptione abstineo, & emendationem tuam sanitas consequatur. Cujus promissionem Dominus non in longum distulit, sed statim opere complevit: nam manus illius dudum pallido perfracta colore, in genuinum sunt revocatae repente, siccitateque peregrina sospitata cessit, & recepta sanitate purgata, creator omnium benedixit, atque Dei famulo pro se oranti gratias reddidit. *Laur. Surius in vita S. Huberti 3. Nov. capitul. 7.*

In Gemblacensi parochia, dum Paterfamilias Dominica die mixturam segetum præ penuria famis moleret in usus familiarum: subito iusta Dei indignatione arsit farina cum purior nigredine, ad exemplum posteris, ne quis præsumat simile. *Chron. Sigebert. ad ann. Domini 1120.*

Refert *Surius in vita S. Austregesili Archiep. Bituricensis tom. 3. Maii 20. cap. 9.* de Molitore quodam, nomine Monulpho, qui magna temeritate ductus, voluit molam corrigere: atque quoque instrumento ferreo, cepit terere molam. Et ecce divina in eum severitate animadvertente, manubrium instrumenti adeo manus ejus adhaesit, ut nullus id inde posset amovere: prorupit verò etiam sanguis inter digitos ejus, qui computrescens, fetore suo nauseam movebat aspectantibus. Accessit autem ad B. Austregesilium, & ab eo remedium petiit, neque illi frustra: nam viro sancto manus illius contractante, & feturum auferente, dolor omnis abcessit, & manus sanata est.

SANCTORUM FESTA VIOLANTES PUNITI.

B. MARIÆ VIRGINIS.

In urbe Zanossa, quaedam Matriona genere quidem nobilis, sed heresitiam perdidit, ut Sabbati diem, & sibi & suis velle esse feriatum, contra Dominicum profectum & operosum. Extra urbem huic erat villa possessio, ad quam ipso Annunciantis Angeli die cum proficisci pararet, domestici iter distuladent, diei Christianis religiosissimi sanctitate proposita. Mulier offensa, Deiparam, cujus inclytas ferias famuli obsecrassent, verbis lacessere, unam ex multis dicere, eidem se sanctitate parem esse jacitare. Igitur ad villam suis invitis egressa, cum jam parum via restaret, equi rhedam trahentes, tam fixis hærere vestigiis, ut ad progrediendum vis nulla coegerit. Itaque rhedario nequiquam incitante, nihilque neque voce & clamore, neque flagello proficiente, improba mulier, dum equi perstant immobiles, exit ex rheda, & tantisper declinat à via, ut natura obtemperet, & alvum exoneret: se purgantem ingens & validus ventus repente deturbat, & mulieris faciem in corporis egestas sordes impingit; & cum os sacrilegum immundis foecibus inquinasset, post ingentes editos clamores, spurcam animam egi dolore trahente. Gestas res tanta anno sexcentesimo supra millesimum. *Hist. Virgin. lib. 5. cap. 2. ex lit. P. Melchior. Rector. Collegii Pragens. an. 1600.*

Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, ipso Assumptioe Virginis Matris die, Terpati sacerdores ex recepto Ecclesie more diem illum solemnem habebant, & magno, ut solet, cum apparatu, & crebro campanarum pulsivum cultum peragebant: eam celebratam, & reverentiam Virginis Matris ad summi nominis honorem exhibitam, cum Matriona quaedam impendit invidere, mandata pedisequæ, ut balneum adaptaret, caninum instruat, se cum marito lavari decrevisse. Illa solemnem festi dominam submonete, utque alium in diem transferat, rogare. Matriona repente exandescens: Quid, inquit, de Maria naras? Fuit illa mulier similis

mihî, nec ullius potentie, aut gratie prerogativam habet: tu E iusta mea exequere. Famula, ne dominam gravius exacerbaret imperata perficit. Ubi ad caminum ventum est, arida ligna que alioqui haud difficulter flammam excipiunt, nulla ope, nullis nutritivis accendi poterunt. Illa, ubi se undique vertit, laboris frustratae peracta, tectum omne ardere conspicit, nec ulla vi flammam extinguere valeat. Ignis primum ipsum balneum vastat, mox contiguas ad ingens civium omnium terrore populatur. Confluit extemplo universum vulgus, & vix tandem latius serpere incipendum prohibet. Postremo die lignorum fasciculus camino iniectus, omnino incombustus conperitur. *Ex hist. belli Livonici, Bredemb. lib. 2. Collat. sac. cap. 26. ann. 1556.*

Anno Domini 861, cum Civis quidam Tarvanensis die festo Deiparae Assumptionis interulam seu camisiam, contemptis feriis, sibi fieri vellet, repente per totum conspersa est sanguinolentis maculis: Quo viso, Hunfridus Episcopus, miraculo, interulam in sacra recurrit, diemque Assumptionis exinde celebrem in Mortuis esse voluit. *Ex Jacobo Meyero, lib. 2. Annal. Fland. ann. Dom. 861.*

S. JOANNIS BAPTISTÆ.

In festivitate B. Joannis, cum populus ad Missarum solemniam conveniret, Mulier quaedam accepto farculo suo abiit, ut videlicet evulsa mali seminis zizania, feralem sitam purgaret: dumque operari cepisset, protinus manus ejus divino igne fuit apprehensa: Facies quoque quasi emittens flammam tota veris ac pulsibus ebullivit. Urebatur misera non minus pudoris dolore, quam corporis, quando ea, que clam gesserat, invita prodebat. Dehinc vociferando atque ejulando, B. Martini Basilicam vellociter expedit. Ante cujus sepulchrum in hoc tormento per quatuor mensem spata prostrata, restincto omni vapore, in integritate corporis soldata est. Erat enim ancilla cuiusdam civis Turonici, qui medietate pretii concessa, aliam requisivit. *Sulpit. Sever. lib. 2. miracul. S. Martini, cap. 57.*

S. JACOBI APOST.

Inter Hispanos apud Tudelionum die festo S. Jacobi tritium Rusticus tota die in area excussit, qui advesperascere die, balneum, quod iuxta idem castrum miro opere à Saraceno antiquo factum est, intravit: nunquam in eo sederet, statim pellis dorsi ejus ab humeris usque ad crura balnei parietibus adhaesit, cunctisq; videntibus, ob transgressionem tanti festi spiritum exhalavit. Inter Valcones quoque apud Albineum, S. Jacobi diem plebs colore renuens, tota die operabatur, sed divina ultione totum castrum ejus nocte sequenti consumptum est igne; nec fuit, qui sciret, ex qua parte progredereetur ignis: sed è caelo dicitur evenisse. In Episcopatu etiam Bituntensi Bernardus de Majora eadem die tritici manipulos cum carro tota die, in vicinis contradicentibus, duxit, & ad vespertam usque eo sic operante, tempestuosus ignis ac validus è caelo veniens, carrum, manipulos, & boves in cinerem redigebat: sed & mulieres, que cum illo erant, ab aliis supervenientibus in fontem proximum deportate sunt, ut ignis calorem evaderent; & vix evaserunt. *Vincent. Burgund. Belvacens. Episc. Speusii hist. lib. 27. cap. 41.*

S. MARIE MAGDALENÆ.

Tempore Hugonis Episcopi Gratianopolitani accidit miraculum per B. Magdalena: festum: Vir quidam privignum habuit, qui dum ei bubulci ferret officium, dies beate Mariæ Magdalena obvenit, quam idem juvenis, nomine Petrus, in dictione sacerdotali cum audisset fore forenti inhibitam, vitrico agri cultum imperanti reverentiam solemnitate objecit; sed vitrici urgentis imperium vicit. Itaque boves araturo subjungens, cum ipsius operis atque animalium execratione prosequitur. Cumque cepta jugibus maledictis illapidat, inutile sibi exaudiat ad votum. Nam boves & utensilia, motis subitaneo tonitru elementis, fulmine absumuntur; & ipse, qui hoc fieri exegerat imprecando, atrociori suspitio & diuturniori addicetur. Eadem enim caelestis flamma, qua bruta ligneaque voraverat, ejus pedi extemplo subripuit; quem in forte in agrum exierat, indicat quod sibi acciderit. Pater timidum cœi puellari levitate ductum reprehendit, & jubet redire ad ceptum opus; illa vero trepidante, sequitur eam pater, simulque plurimas colligit spicas cruore madidas. Inquirunt, num quis ex messoribus digito faucio sit. Illis obstupescibus, & sancte affirmantibus, nullus lesam esse manum, quaedam spicas ab Ecclesia ferant, offerunt presbytero, remque ei omnem exponunt. Ille ait, nisi certiora asserant documenta, se

A occasio punitiois exiterat, remediis causis ruitis existerat. Itaque facer ignis, qui partes jam corporis superiores attingerat, merito illius extinctus est, que ad pedes Jesu Christi concupiscentiarum ignem lacrymis extinguere meruerat. *Vincent. Burgund. Belvacens. Episc. lib. 27. Speusii Hist. cap. 9.*

S. MARIANI.

Fuit in ipso termino Biturigeni Marianus quidam Eremita, cui non erat alter cibus, nisi poma agrestia; & si eliquotes à quibusdam mel delatum fuisset, aut si ipse reperire potuisset in sylvis, hoc eierat cibus: qui cum plerumque visitaretur à plurimis, quodam tempore à quærentibus non poterat inveniri: investigantes denique cum viri, qui venerant, deprehensio vestigio, invenerunt locum, in quo flexo genu aquam hausit à flavio: & exinde progressi, reperierunt eum sub una arbore malo jacentem mortuum: unde celebre ferebatur in populo, eum elisum ex arbore spiritum exhalasse; sed evidentior non est cognitum, quoniam à nullo refertur visum. Tunc viri, qui adveniant, elevantes atulerunt ad vicum Cuvanensem, quem ablutum, dignitate indutum vestibus, sepeliverunt in Ecclesia. Festa ejus obitus per singulos celebrantes annos, atque convenientes populi crebro ad insimulitibus sanabantur. Quidam autem de vicinis annonas diu infectas aqua, ac germinis producto confectas, facto igne super vimina contexta torrete parat ad pocula faciendâ. Accedens autem unus vicinorum, ait: Quid tu, hoc detineris in opere? An ignoras, quod solemnitas est B. Mariani? Qui cum furore respondit: Putasne qui hæc loqueris, quod homo elisus ex arbore propter compendia gula, Angelorum sit relatus confortio, ut sanctus debeat adorari? Melius est enim opus necessarium in domo exercere, quam talem sanctum excolere. Quod ille audiens, discellit; & cum reliquis ad basilicam Sancti abiit, relicto vicino in opere laborante. Nec morte, flante vero apprehenditur defus incendio, exurit omnis, nec quicquam de substantia restat hominis. Exinde elevati globi flammarum super hospitalia aliorum, que circumlocata erant, hujus hominis aream, sepes, tuguriola, vel porcorum vel animalium, reliquaque que ad eum pertinebant flamma percussit. Nec quicquam remansit huic misero, quod non fuisset igni succensus. Quod si evenisse quis fortuito putat, admiretur, quod nulli vicinorum circummaneatium nocuit. Quid nunc agis, o cruda rusticitas, que semper in Deum & ejus amicos murmurat, ut tibi exinde damnum acquiras? Alterius igitur hominis malitia furis boves abstulerat, qui apprehensio vestigio, & inter infosus aqua vitrum trames, ad profundas luti voragines perdit, ad Sancti recurrit sepulchrum, suscipit oratione, dum de Basilica fuisset egressus, advertit hominem per aggerem publicum venientem, qui boves illos ante se cum caballo ex itinere lassum, prosequens adducebat. Turbatus enim fuerat à via, & quasi amens factus, in illam partem, de qua egressus fuerat, mente turbata redibat. Cognoscitque vir ille boves, quos perdidit; hoc recipiens, hominem abque calumnia redire permisit; qui cognovit, hoc sibi per virtutem S. Mariani præstitum, cum in illa hora reperit perditum; quia ejus adivit plenus fide sepulchrum. Quæ postquam gesta sunt, diligentiore cura consessorum Dei plebs cepit excolere Bituriga. *Greg. Turon. de glor. confess. c. 81.*

S. HUNEGUNDIS.

An. Dom. Incarn. 966. in ipsiis feriis B. Hunegundis, in villa que dicitur Salspulus, messoris frumenta scabant; eos presbyter ilorum crebro reprehenderat, dicens: Se interfuisse Synodo, in qua Rodolphus Noviomensis Episcopus jussisset S. Hunegundis festum devotissime celebrari. At illi se excusabant, quod vicinos suos cerneret laboribus insulare. Itaque Rotgildis puella, presbyteri hujus (sic ipse nobis retulit) ex sorore neptis, colligebat spicas, quas illi messoris relinquebant. Ecce autem dum se inclinât ad eas colligendas, eam, quam primum sustulit, recenti sanguine madentem conspicit. Admirans, unde esset ille sanguis, respicit spicam; tollit alteram, tollit tertiam, quartam, quintam & multas alias, & omnes videt sanguinolentas. Territa valde, currit ad patrem suum, qui tum forte in agrum exierat, indicat quod sibi acciderit. Pater timidum cœi puellari levitate ductum reprehendit, & jubet redire ad ceptum opus; illa vero trepidante, sequitur eam pater, simulque plurimas colligit spicas cruore madidas. Inquirunt, num quis ex messoribus digito faucio sit. Illis obstupescibus, & sancte affirmantibus, nullus lesam esse manum, quaedam spicas ab Ecclesia ferant, offerunt presbytero, remque ei omnem exponunt. Ille ait, nisi certiora asserant documenta, se

hominibus incredulis non ausum esse pro concione id indicare. Illo hoc dicente, quasi crassa quedam lacryma ex spicis sanguineæ prorumpentes guttæ in terram decidunt. Tunc ille penè exanimis effectus præ metu, sicut prius timuerat indicare illud populo, ita nunc multo etiam magis celare timet, ne sua negligentia, tardius ad populi notitiam perferatur: dato igitur signo, populum ad Ecclesiam convocat, ejus inobedientiam reprehendit, divinum exponit miraculum. Illi audito tam insolito miraculo, animis confertantur, ad agendam penitentiam se promptissimos exhibent. Denique ab Ecclesia egressi, circumquaque vicinis suis denuntiant, ne deinceps vacent operi, sed ad Ecclesiam se conferant, rem stupendam quam si ob imminentes hostes fugerent, orant supplices, ne caelestis ultione plectantur. Interea rusticus quidam Robertus nomine, in eadem villa frumentum excutiens, dum hæc ad ipsum perferuntur, projicit è manibus flagellum, & promittit se ab operibus cessaturum. Sed homo inepus, quasi ille levius effectus, scopas arripit, convertit in area frumentum. Mox verò brachium ejus obrigit; humique prostratus, clamat se reum, & illic è vita abiturum. Ea res superiore timore auxit, presbyter verò circumquaque dicurrrens, sanguinolentas spicas vicinarum Ecclesiarum Episcopis ostendit. Turbantur omnes, convocati que suarum parochiarum hominibus, cum crucibus, & cereis simul omnes nudis pedibus cum voeis supplicibus; comitante etiam illo, cujus brachium obriguerat, & puella spicas sanguinolentas ferente, ad monasterium perpetua Virginis Mariæ, & sanctæ Hunegundis properè contendunt, ibique prostrati fatentur culpam suam: petunt humiliter, ut fratres pro ipsi Dominum deprecetur; quod etiam factum est. Eant jam, qui non credunt huic signo, & calumniantur pariter cum eo, quod trem in sanguine paratum est sub Pharaone in Ægypto; nos verò benedicamus Deum, qui mirabilis est in Sanctis suis, qui dat virtutem & fortitudinem plebi suæ. *Benedictus in sacula Amen. In vita ejus apud Sur. 25. Inu. tom. 3. & Baron. tom. 10. 954. 6. & seq.*

S. UDALRICI.

Solemnî ritu relato in Album Sanctorum sancto Udalrico, ejus dies natalis publicè cepta est coli. Quod non nisi Dei voluntate peractum, evidens illud miraculum comprobavit: quod inter alia multa post vitam ipsius descripta, sic legitur. Quidam verò homo juxta Danubium, cum cunctis populis sua sponte natalitium S. Udalrici solemniter celebraret, festum cum rastellis congregavit in cumulis, diem sanctum spernendos: qui cum altera die cum plaustris veniret, ut hoc in festum suum duceret, exterius formosum invenit, cum autem bidentis ligno interius tangeret, totum in favillas immutatum invenit; & diem sanctum, quem antea celebrare non voluit, publicè præ timore contemnere non audebat. *Baron. tom. 10. Annal. ann. 993. 7. ex Synod. Rom. in Canonizatione S. Udalrici.*

S. LUDGERI.

Accidit, ut die quodam, qui S. Ludgeri primi Episcopi Monasteriensis natalitio fieri esse debebat, coquende cervisiae epulique parandis quidam intenderent; sed ligna in ignem missa stipularum instar momento temporis devorabantur. Deinde alia post alia igni immissa nullam vim asserere poterunt; cum tamen operi nihilominus instarent, & summa contentione, ut cervisia cocturam perficerent, laborarent: tandem oleum & operam se perdidisse doluerunt, adeo ut cervisia tantis sumptibus, & sudore parata, gustu nimis amara, effundi debuerit. Ita evidenti iudicio compertum fuit, hunc diem divinis laudibus in Ludgeri nomine consecrandum esse. *Ex tom. 2. Laur. Surius 26. Martii in vita Ludgeri lib. 2. cap. 8.*

Anno igitur sequenti, cum natalis ejus celebratis superveniret, vitum est fratris Monasterii Vverdensis, totum illum diem, intermissis opere, divinis laudibus mancipare; aliis interrim, ut par erat, libertate concessa: sed cum plurimi ex vicinis, exemplo Monachorum excitati, simili devotionis studio ducebantur; quidam verò operibus suis insistentium fatius esse ducebant, contigit, ut fractis aratris nihil proficerent, unde quidam Benno nomine, furore & amentia præcepit, aratro utique restaurato, crebris boves stimulis ad arandum impulerit: at illi insania efferati, disruptis loris, & jugis, sylvas petierunt, nec antè sanè capi potuerunt, quam ipse cum reliquis, ad S. Ludgeri memoriam veniens, suæ temeritatis & contemptus culpam confessus, fratrum pro se orationem supplicem impetrasset. *Idem Sur. in vita ejusdem lib. 2. cap. 9.*

A **S. AVITI ABBATIS.**
 AVITUS Abbas Carnotensis, post obitum Aureliani fuit humatus: Supra cuius corpus fideles civis Ecclesiam construxerunt: quam cum die anniversarii sui festi univerfus populus celebrare viderent, unus ex civibus contempta Missa, accepto rastro vineam pascinabat; increpatuque à quibusdam, cur ad Ecclesiam Sancti non accederet, respondit: Quod etiam Avitus cultor vinee fuerat: moxque sibi manus retorta, & facies ad tergum versa est in admirantium stuporem; qui ad Ecclesiam Sancti confugerunt, & in testimonium sanctitatis Beati corporis diebus aliquibus sic manens, ut à cunctis videri posset, tandem peccatum confitens, & veniam petens, oranique ad sancti tumulum, post dies modicos liberatus est. Huius Sancti Festum agitur 6. Kalend. Februarii. Ex Gregor. Turon. lib. de glor. Conf. cap. 99. Sur. tom. 3. 18. 1m.

S. RUFFINI.

B. Ruffini corpus summa veneratione colitur, dieque illi festus celebratur; at cum quidam texitinis ac ruralibus operibus intenti diem ab omni populo cultum consumpsissent, Dei miraculo domos, agroque, ac suppellectilem incendio invadi conspexerunt, origine ignota. Ut suppellectilem ab igne servarent, in proximum profluentem amnem demergebant, recuperari haud dubie, ob exiguum amnem: sed quoniam omnia servant Deo, ut vel ignis refrigeret, & aqua, illo irascente, comburat; illa quidem fluvii aqua partim liquidam servavit naturam, ut illata demergeret: sed quodammodo humiditate alia ratione esse designata est, ut injecta non humectaret, sed ignea siccitate posset adurere. Ubi igitur paruit aqua vindici Domino, rursus paruit eidem placato: si enim ipsi sceleris poenitentes, cum ad B. Ruffini aedem confugissent, quem læsissent, & incendium retinētum est, & aqua non nisi frigidum suum consuetum opus exhibuit. Petr. Damian. serm. de S. Ruff. Lippo. tom. 8. Sur. tom. 4.

S. FRANCISCI.

In Pictavia partibus, in villa, quæ Sirio dicitur, Sacerdos quidam Reginaldus nomine, B. Francisco devotus, festum ipsius patriarchianis suis indixerat solemniter celebrandum. Unus autem de populo ignorans sancti virtutem, sui parvi pendit sacerdotis mandatum. Egredius autem foras in agrum, ut ligna succideret, cum se preparasset ad opus, vocem audivit huiusmodi, ter dicentem: Festum est, operari non licet. Verum cum nec imperio sacerdotis, nec superæ vocis oraculo servilis temeritas frænaretur, addidit divina virtus, ad gloriam sancti sui, sine mora miraculum, & flagellum; mox enim ut furcam una manu jam tenens, alteram cum ferreo instrumento levavit ad opus, sic divina virtute utraque manus utriusque instrumento habuit, ut ad neutrius dimissionem digitos aliquatenus relaxare valeret. Ex quo stupefactus nimis, & quid ageret nesciens, ad Ecclesiam, multis undique ad videndum prodigium concurrentibus, properavit: ubi mente compunctus ante altare, quodam ex assistentibus sacerdote monente (plures quippe ad festum vocati convenerat sacerdotis) B. Francisco humiliter se devovit, tria, sicut ter vocem audiverat, vota vovens, quod scilicet festum ipsius coleret, quod ad illam, in qua tunc erat, Ecclesiam in festo veniret, & quod sancti corpus personaliter visitaret. Mirum certe relatu! uno emissio voto, unus digitus factus est liber; ad secundi emissionem, solutus est alius; sed tertio facto voto, laxatus est tertius; & postmodum tota manus necnon & altera, subeunte populo, qui jam multus advenerat, Sancti clementiam devotissime implorante. Sic homo pristina redditus libertati, per seipsum instrumenta deposuit, cunctis laudantibus Dominum Deum, virtutemque Sancti mirificam, qui tam mirabiliter percurrete poterat & sanare. Ipsa vero instrumenta usque hodie coram altari ad honorem B. Francisci fabricato, ibidem in memoria sancti dependent. D. Bonav. in vita S. Francischi cap. de miraculis p. 8.

Apud Viterbum partui proxima mulier, mori propinquior celebratur, visceralibus tormentata doloribus, & tota calmitosa in infortuniis mulierum: cumque nature succumbente virtute omnis deficeret artis industria, invocato B. Francischi nomine, liberata confestim mulier partum salubriter terminavit. Sed affecta quod voluit, & oblita sanctorum salutem, quod accepit, honorem sancto non deferens, die natali ipsius ad opera fevilissima manus extendit; & ecce subito dextrum brachium ad laborem extensum inflexibile remansit & aridum. Quod cum studeat ad se revocare, cum altero, ultione consimili, & illud exaruit. Timore igitur divino correpta mulier, redintegravit

votum, usumque membrorum, quem propter ingratitude in amiserat & contemptum, per misericordis & humilis sancti merita, cui se iterato devovit, recuperare promeruit. Ex eodem Bonaventura ibidem p. 5.

S. OTHMARI.

Devota fratrum S. Othmari Abbatis congregatio iustionibus Episcopi obtemperans, cum Dei laudibus infundendo, nocturnalibus officiis solemniter decenter perageret, diemque ipsum omnes infra monasterium constitutos, in honore S. Othmari ferari decerneret, ex ministerio cellerarii, tres lignorum opifices, qui in artis peritia ceteris etiam videbantur esse prastantiores, ex preceptoris sui iussu in cellam, quæ est supra Monasterium constructa, laboraturi succedunt, ibique doliū quoddam, venustate & incuria dissolutum, conjungere incipiunt. Collectis verò in unum tabulis, cum primum fundum illius esset satis difficile, nec ullo penitus ingenio per totam ferè diem laborantes, eas constabilliter prævaluerunt, mirumque in modum semper à stationis suæ loco resillire, omnemque artificiosè manus copulationem videbantur respuere. Tum ipsi opifices inclinata jam die, videntes laborem suum in nullo proficere, injustè se egisse cognoscunt, & post vesperam ad Monasterium redeunt, prostrati in Ecclesia, suam sibi stultitiam non imputari, veniam precando deposcunt. In vita eius apud Surium tom. 6. Nov. 16. & Vualfrido Abb. Augiens. Petantur nonnulla ex loco de Pascha. Tit. Violantes Festum Pascha puniri à Deo.

FESTA ETHNICORUM. & Vide locum de Ethnicis.

FESTA JUDÆORUM. & Quere in loco de Iudæorum Religione. Illustrari poterit quoque hic Tisulnus ex loco de Honore, ubi traduntur dies festi honoris ergo instituti.

*** Feudum.**

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

FEUDUM dictum est à fide seu fidelitate, ut communiter DD. tradunt; & accipitur tum pro re in feudum datur, id est, fundo beneficiato; tum pro contractu feudali. Pro contractu autem definitur, concessio rei immobilis, vel æquopolentis, cum translatione utilis dominii, proprietate retenta, sub onere fidelitatis & obsequii personalis exhibendi. Vide Iulium Clarum de Feudo q. 4. & 5.

Differt ab Emphyteusis, quod in puro feudo non solvitur pensio, sed solum obsequium impendatur personale. Sunt alioquin hi contractus valde similes, & nonnumquam solo nomine distinguuntur.

PARTITIONES.

Plures sunt Feudorum divisiones. Prima, qua feudum aliud est Ecclesiasticum, aliud Saculare.

Ecclesiasticum est triplex, quod ab Ecclesia datur, quod ab Ecclesia suscipitur: aliud, quod datur vel suscipitur a Clerico, non tanquam ab Ecclesia; & de hoc loquitur text. c. in uno de Clerico qui investitur. accepit. §. si de c. Corv. c. 1. qui feud. dare possunt. Berb. in q. 4. Alvar. in 5. divisio. & Ias. in 11. in præf. feud. Saculare est, quod à seculari Principe vel Dño recipitur, §. marchio, qui feud. da. poss. ut si Catholicus Rex Hispaniarum investiat aliquem de marchia vel comitatu: & de hoc feudo major pars libri feudorum loquitur, & plus quam de Ecclesiastico: & hac probantur, in præf. feud. in ult. divisio. per Bald. Secunda divisio, quoddam est regale, aliud non. Regale est, quod à Rege vel Imperatore cognoscitur immediate, ut est feudum Marchiæ, Ducatus, Comitatus, vel alterius dignitatis regalis. Ideo Vicecomes Turenæ vel Comes Fux. possunt dicere habere feudum regale. c. uno qui dicitur Dux, Marchio vel Comes. Vel potest Imperiale dici, primò, quod fit dignitas, puta Regnum, Marchia, Comitatus vel Ducatus. Secundò, quod ab Imperatore vel Rege concedatur, vel alio non recognoscente superiori, tenet Curi. in tract. de feudis in 1. q. 8. col. 2. Non regale est, quod ab inferioribus, Principe, Imperatore vel Rege cognoscitur; vel à principe, sed non consistit in dignitatibus, sed Princeps de aliqua plebe investit, c. uno, qui feudum dare poss. §. rub. qui dicitur Dux, Comes, vel Marchio: si vero aliquis investitur à Domino de Claramonte, feudum dicitur non regale, ponit Bald. & alii in præf. feud. 1. & sequitur Ias. in prima divisione.

Tertia divisio. Feudum, quoddam est nobile, aliud minus nobile, aliud aliquoties nobile & ignobile. Nobile est quod possitorem nobilitat, ut quando à Rege Franciæ est concessum,

autem, vel Imperator, vel Papa, ut si concederet Ducatum vel Marchiam, c. 1. qui dicitur Dux vel Marchio. Minus nobile est, quando Dux, Marchio, vel Comes alteri concedit in feudum: & ille proprie dicitur Valvasor, sive Vassalus, ut notat Joann. And. in add. ad Spec. in tit. de præf. Aliqualiter nobile, sive mediocriter, est, quando habentes à Duce, Marchione vel Comite, aliis infendant, & recipientes vocantur minores valvasores, Alvar. in 2. divisio. & communiter DD. Ignobile est, quando à minoribus valvasoribus conceditur: & minimis, c. uno qui feud. dare poss. & ibi Bald. in §. Marchio, dicit, rusticos posse in feudum concedere, dummodo suarum rerum administrationem habeant, §. novi, per quos fiat investitura.

Quarta divisio. Feudum quoddam est paternum, quoddam antiquum, aliud novum. Paternum dicitur, quod per patrem est acquisitum, vel ab aliquo ascendente communis agnationis usque ad quartum gradum, text. in c. uno de success. fra. & grad. success. in feud. qui est melior de jure, secundum Alexan. conf. 30. quoniam in 1. vol. Quomodo autem probetur, & quæ personæ contineantur in hoc feudo, declarat Bald. in §. hoc quod de success. feud. quod proprie continetur habet personæ supra patrem, videlicet avus, proavus, abavus, & avatus: & abundè petitur nomen paterni, & antiquum appellatur. Novum verò est, quod fuit de novo acquisitum, & habet initium in persona ipsius investiti: nec provenit à successione personarum, c. 1. quot testes sunt necess. ad proban. no. investiti.

Quinta divisio. Feudum quoddam est paternum, aliud maternum. De paterno jam diximus.

Maternum est, quod primo per feminam fuit acquisitum, c. uno de feudo fam. & sicut large omne feudum, quod fuit ex superioribus agnationis communis acquisitum, paternum dicitur: ita quod ex quacunque femina ex superioribus quæ fuerit ex communi cognatione, fuit acquisitum, maternum dicitur; ut habetur in tit. de feudo femina, & Bald. in 5. divisio. Alvar. in 7.

Natura feudi paterni est, ut tantum descendentes masculos respiciat. Natura feudi materni est, ut primò masculos respiciat, secundo feminas, d. tit. de feudo fam. & Curi. in d. tract. feudor. in 3. q. 1. in 2. limitatione.

Sexta divisio. Feudum quoddam est masculinum, quoddam femininum. Masculinum est, quod ad masculos transit, & non ad feminas, §. hoc autem, qui feudum dare poss. Imò feminæ non succedunt, etiam de eis sit facta mentio, nisi masculis deficientibus, §. qui etiam Episcopum, vel Abbatem, c. uno de feudo fam. Ias. in verb. & feminis, Petr. de Ferr. in 3. divisio. Femininum seu foemineum dicitur, quod ad feminas transit.

Septima divisio. Feudum aliud habet propriam naturam, aliud improprium. Habens propriam, est feudum simplex, rectum, purum, liberum; nam natura feudi est quedam qualitas innata à principio generationis feudæ, sive tempore investiture, ex qua virtus contractus perficitur, & semper videtur inesse, nisi per pactum improprietur, ut est text. in rub. de feudo non habent. propriam naturam, & præterea, quid sit investitura. Non habens propriam naturam, vel habens improprium, est feudum conditionatum: ut ad certum servitium, vel conditionem ex pacto concessum, §. si quid sit investitura, & de Capit. a. qui curiam vendit, ut est feudum guardiæ & castaldiæ, & quod pro mercede datur de feudo guardiæ c. 1. Item feudum camere vel cavene, cap. fin. de feu. cog.

Octava divisio. Feudum aliud est reale, personale, personalissimum. Reale est quod ad heredes transit, tam ex parte dantis, quam accipientis, §. cum vero Corradus, qui feudum dare possunt, c. uno de duobus fratrib. quia uniusquisque sibi in hoc prestatum voluisse providere, & hereditibus, l. si pactum, ff. de probat. d. c. 1. de duobus fratr. sequitur Alex. conf. 204. confid. in 2. volum. illum text. dicens singularem. Personale est, quod ad vitam alicujus conceditur, & non transit ad heredes recipientis, sed bene dantis: ut feudum guardiæ & castaldiæ, c. 1. de feud. guar. Ias. declarat in 6. divisio. quando feudum habitationis concederetur, quod morte finitur, Bald. in l. benef. col. 1. de constit. princ. Personalissimum est, quod neque ex parte dantis, neque ex parte accipientis transit ad heredes, c. 1. qui dicitur Dux. Exemptum ponunt Doctores in solidatut: si datur nobili in pauperem redacto anno proviſio, tunc solidata vocatur, l. stipulatio ista, §. si quis ita, ff. de verb. obl. l. ut ponimus, ff. de servit. Bald. in 6. divisio. & Alva. n. 10.

Nona divisio. Feudum quoddam est jurabile, aliud non jurabile. Jurabile est, pro quo domino fidelitas juratur, ut fit l. B. T. beat. vit. Human. Tom. 111.

regulariter pro omni feudo, ut in c. uno, de nova forma fidelit. & istud expressè ponit Petr. Jac. in sua præf. in 4. divisio. Non jurabile est, quando illo pacto conceditur, ut non juretur fidelitas, in §. nulla per quos fiat investit. c. uno in princ. de capit.

Decima divisio. Feudum quoddam est ligium, quoddam non ligium. Ligium est, quando juratur fidelitas contra omnem hominem mundi, nullo excepto; & istud non recipitur nisi à Principe non recognoscente aliquem in superiori, ut est Imperator, rex Franciæ, &c. c. per venerabilem, qui filii sunt legit. ideò Dux Sabaudia potest dici homo ligus regis Franciæ, Vicecomes Turenæ, & alii magni feudatarii regni. Et dicitur homo ligus, quasi illi ligatus & subditus, & legalitatem regi debens, gl. sing. in Clem. pastoralis, & ibi Card. de rejudic. Non ligium est, quando in juramento fidelitatis prior dominus excipitur, ut in tit. hic finitur lex, in fin. & §. fin. de prohib. feud. alien. per Frider.

Undecima divisio. Feudum aliud est annale, aliud perpetuum. Annale sive temporale est, quod post annum statim auferri potest, ut est feudum guardiæ & castaldiæ, & quod pro mercede alicujus rei datur, c. 1. de feud. guardiæ.

Duodecima divisio. Quoddam est dividibile, aliud indivisibile. Et quodlibet feudum regulariter est dividibile, quibusdam exceptis, videlicet Regno, Marchia, Ducatu, & Comitatu.

Decimatercia divisio feudorum est: quia aliud est feudum purum sive simplex, aliud verò conditionatum seu non rectum. Purum sive rectum dicitur, quod non habet servitium determinatum, §. penult. quid sit investitura. Non rectum sive conditionatum est, quando in concessione est certum servitium determinatum, puta de associando uxorem domini, vel filia maritanda, aut de serviendo domino in mensa, vel aliud simile, §. fin. de capit. qui cur. vend. c. 1. de nov. feud. & ibi not.

Decimaquarta divisio. Feudum aliud est Francicum, aliud non Francicum. Francicum est, quando Vassalus à servitio est immunitus, & nullum servitium debet: tamen non est francum à maleficiis constitutibus in tacendo fraudem, ut quia non denunciat infidias domino, quas contra eum scit patari, sive in faciendo, ut committat feloniam contra dominum, privat feudo, c. uno quibus modis feudum amittatur. Aliud est non francicum, & est quando in concessione dominus retinet aliud servitium, prout fit regulariter; ut habetur in lib. feud. & not.

Decimaquinta divisio. Feudum quoddam ad heredes omnes est transitorium, aliud non. Transitorium ad omnes heredes est regulariter quodlibet feudum; nam æqualiter ad omnes descendentes transit, c. 1. §. 1. ibi quod hodie qui feud. dare poss. & istud declarat Ias. in præf. feud. col. fin. m. 28. Aliud est non transitorium ad omnes, sed solum ad primogenitum, ut regnum Franciæ, quod solum primogenito masculo defertur, & non aliis eo superflite: & idem in Anglia & Sicilia.

Decimasexta divisio feudorum. Aliud est corporale, aliud incorporale. Corporale est quod in immobilibus consistit, castro, manso, & similibus rebus tangibilibus. Incorporale est, quod consistit in iuribus decimabilibus, vel jurisdictionalibus, & similibus; ut feudum guardiæ & castaldiæ, c. uno, §. fin. de feud. cog.

Decimaseptima divisio. Feudum quoddam est de camera aliud de cavena: probatur hæc divisio, in c. uno in fin. de feu. cog. Feudum de camera est, quando princeps cuidam nobili concedit decem recipienda de camera communi, ubi thesauri reponitur: Hoc debet recipi singularis annis. Feudum de cavena est, quando Princeps concedit, ut decem sextaria frumenti vel vini ex cavena recipientur: quæ dicitur locus, in quo frumentum, vinum, & hujusmodi introitus colliguntur, confervantur & distribuuntur: declarat Ato.

Decimaoctava divisio feudorum est: quoddam dicitur feudum guardiæ, aliud castaldiæ, & aliud, quod pro mercede datur. Feudum guardiæ est, quod pro custodia datur; ut quando Princeps deputat alicui castro guarditorem, sive custodem nam propter custodiam designatur tale feudum: Vel guardia habet feudum annexum, ut declarant Doct. c. uno de feud. guardiæ. Feudum castaldiæ est, quod datur propter procuracionem: nam castaldus dicitur is, cui res domini gubernanda mandatur, gl. in c. uno de feudo guardiæ, & in l. fin. C. quod cum eo. Feudum quod datur alicui pro mercede, dicitur illud quod est alicui concessum propter laborem, & pro mercede.

Decimanona divisio feudorum est: Feudum aliud est in curte domini quoddam extra curte. Hæc divisio elicitur ex c. uno de capit. qui curia ven. ubi tunc dicitur feudum in curte, quando dominus habet dominium, possessionem, & feudorum totius

A villa: ita quod omnes rustici & coloni dictæ villæ recolligunt omnes fructus & redditus domini, & portant illos ad domum dominicalem, id est ipsius domini, existentem in dicta villa: & illa domus appellatur curia seu curis domini: id est si dominus consideret in feudum unum mansum de dicta villa, velut Vasallus haberet annuatim certum redditum de dicta villa, curie, & omnes alii fructus essent domini, tunc ille Vasallus dicitur in curie, & est feudum in curie, ponit idem Alvar. in proemio seu. in 4. divisio. Feudum extra curtem est, quando dominus non habet dominium totius villæ, sed possessiones pro majori parte sunt rusticorum, vel aliorum, & dominus modicum habet, puta duas vel tres possessiones: & non est necesse, quod teneat ibi domum dominicalem: nam si dictas possessiones infeudaret, diceretur habere vasallum extra curtem, cap. uno, §. pen. & §. quibus mo. seu. amit.

Vigesima divisio feudorum, Feudum aliud est advocatiæ, aliud de tabula seu quaternata. Feudum advocatiæ appellatur quando est aliquis advocatus forte fisci, & illi advocati est feudum annexum pro suis stipendiis exfolvendis: & idem in iudicatura, vel procuratoria, notaria vel alio officio, cui feudum sit annexum: probantur prædicta in c. uno, §. quicumque advocati, de pæc. tenenda, & eius violat. & idem puto in feudo scutiferorum, secundum Alvar. in proemio feudor. in 18. divisio. & in tit. de feudo guardia: & in col. pe. in præd. feudor.

Feudum de tabula seu quaternata est, quando spectat ad colationem regis vel domini: & illa sunt scripta in quaternis cameræ, sicut in camera computorum Parisiis, declarat An. de Jher. in c. 1. de contr. in vest. apud pares term. Alva. in 21. divisio.

Fidelis, Fidelitas.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Fidelis, pro constanti, quique præter rev. erã, quod promissit, 2. T. best. 5. 24. Deus verus, fidelis dicitur, i.e. verax, benignissimè & firmissimè stans promissis gratiis erga suos, A. fide ita dicitur: quæ activè est assensus & affectio animi, qua quis fidet: passivè verò etiam illa, ob quam alicui fidetur. Igitur fides hic, Dictorum & Conventorum constantia est, & veritas. Ita vocata, quia fiat quod promittitur, auctore Cicer. lib. 1. Of. fe. Hinc fidelis, qui datam fidem servat: & Fidelitas n. visio.

Multi homines misericordes vocantur: Virum autem fidellem quis inveniat? Provi. 20.

Non duplices sermonem audiens de revelatione sermonis absconditi, & verè sine consilio: & invenies gratiam in conspectu omnium hominum. 47.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Servus Abrahæ Eliezer fideliter egit nuncium à domino suo sibi commissum, quando ivit pro Rebecca ad domum Bathuelis. Gen. 24. Fideliter servivit Jacob avunculo suo Laban, qui uxorem ejus tangere noluit. Gen. 39. Idem ergo Pharaonem in consilio quod ei dedit, & in ministerio quod ei exhibuit, scilicet Joseph. Genes. 41. Rahab meretrix fideliter egit cum exploratoribus, quos miserat Josue, & ipse Josue egit postea fideliter cum eadem, Josue 26. Quamvis Gabonitæ sefellissent Josue & filios Israel, tamen juramenta & pacta eis servaverunt, et eos contra hostes postea fideliter adjuverunt, Josue 9. & 10.

Fideliter indicavit David Jonathan iram patris sui, & ipsum, quantum potuit, excusavit, & postea confortavit. 1. Reg. 20. Oculi patris Abjathar occasione Davidi. Ego, inquit David, sum reus omnium animarum patris tui. Mane mecum: ne timeas: si quaesiveris animam meam, quaeret tuam, mecumque servaberis. 1. Reg. 22.

Noluit David percutere dominum suum, licet malum & persequentem eum, cum tamen si voluisset, bis eum percutere potuisset. 1. Reg. 20. & 26.

Magnum fidelitatis signum fuit, licet indifferetè egerit armiger Saul, quando videns dominum suum esse mortuum, noluit ultra vivere, sed intravit super gladium suum, & mortuus est cum eo. Quid ergo facere debemus pro Domino, pro nobis crucifixo? 1. Reg. 31.

Viri Jabes Galad fideliter se habuerunt ad Saul dominum suum, licet malum, reverenter sepelientes eum. 1. Reg. 31.

URIAS ETHIUS noluit esse in deliciis, quamdiu Joab dominus suus laborabat in exercitu. 2. Reg. 17.

Instante captione civitatis Rabbath, quam diu obsederat E. Joab, misit ad David, ut veniret, & illum caperet, ut domino suo, non sibi, honor victoriæ esset. 2. Reg. 12. Cum fugeret David à facie Abalon, dixit illi Ethai: Vivit Dominus, quoniam in quocumque loco fueris, domine mi rex, five in morte, five in vita, ibi erit servus tuus. 2. Reg. 15.

Noluerunt viri David, quod ipse exiret cum eis ad prælium dicentes: Tu unus prodecem milibus computaris. In quo apparuit, quod fideliter diligebant eum. 2. Reg. 18. E. in fac. 21. Jam non egredieris nobiscum ad prælium, ne extinguas lucernam in Israel. 2. Reg. 21.

Separatus omnis Israel à David, secutusque est Sebam filium Bochri. Viri autem Juda adhaerent regi suo tanquam fideles, videlicet, constantes. 2. Reg. 20.

Tres viri robustissimi fideliter defenderunt David pugnantem contra Philisthim, & attulerunt ei de aqua cisternæ Bethlehem, quam cum desiderio magno petierat. 2. Reg. 23. 1. Par. 11.

Valdè fideliter egit Jojada Pontifex cum Josio filio Joram regis Juda, licet male recognoverit postea. 4. Reg. 11.

ONIAS summus Pontifex, & alii facerotes laboraverunt fideliter, viduarum & pupillorum deposita custodia. 2. Mac. 3. Commendat Dominus fidelitatem servorum, qui multiplicaverunt sibi tradita. Matth. 25.

Cum multa fidelitate procurabat Paulus fieri collectas pro necessitatibus pauperum de Judea. Luc. 19. 2. Cor. 9. Fideles & affectuosas litteras misit Paulus Philemoni pro Onesimo servo ejus fugitivo. Phil. 1. Discretum & fidele consilium dederunt Paulo quidam de Asia principibus, rogantes eum, ne se daret in theatrum. Act. 19.

HISTORICA.

FIDEM DARE.

QUI QUIBUS.

Subditi Magistratui.

Ex sequentibus Epititiis hæc quadam.

Militis Duci, Imperatori.

Milites auctorati dicuntur, id est, stipendio & sacramento adstricti. Ut enim in auctione nummus datus rem auctoris facit: ita hic merces militi promissa.

Hosti Hosti.

Apud Romanos constitutum erat, ut nunquam cum hoste armato conditionem fœderis acciperent, neque citra finem aut populi justum societates, aut fœdera inirent, nisi prius omnia divina & humana tradidissent, & præsidium accepissent: fœdera in templo Capitolini Jovis columna aut aeneis tabulis insculpi curabant, ut perpetua monumenta exarent: nonnunquam in fastis & annales referabant. Alexander ab Alexandro lib. 4. cap. 9.

Quo tempore cum Tegeatis componebant Lacedæmonii pacem, pacta interposuerunt, columnamque Alphao communem imposuerunt: cui inter cætera inscriptum fuit, ut Messenios regione exigerent, neque liceret chrestos facere: quod Aristoteles exponens, ait, non licere Tegeatis, quum Lacedæmoniorum studiosi essent, in eorum gratiam interficere Messenios. Plutarchus in quæst. Græcis.

PER QUOS.

Apud Athenienses in usu fuit, ut jurandum quod publicè in fœderibus præstatur, postquam per senatum exhibitum erat, quo factus foret, Quætores: apud Argos verò, Prætores consistunt. Idem Athenienses in fœdere percutiendo mitebant vates Hiceteria, hoc est, oleæ ramo coronatos, quem *epimorhu* appellabant, cum virga lanæ: quo præterito, ab omni sevitia hostili & violenta incuriosè tuti erant. Alex. lib. 5. cap. 3. ex interprete Equitum Aristophanis.

QUOMODO.

Simplici Sponione.

CHRISTIANUS I. Danorum rex an. 1460. sacramenta solenni ritu ab omnibus accepturus, venit Hamburgum, antiquissimam Stormarck civitatem, qua Comitibus Holsatiæ olim pauerat. De homagio quidem nulla mora: sed de præstato juramento sit dubitatio. Ostendebant civis regie majestati veterem observantiam, eamque chartis privilegiorum astruebant: orantes, ut regiam majestatem illis acquiesceret rebas, quibus omnes sui in comitatu patres ac prædecessores acquirissent. Disceptatum est de seipso longa verborum altercatione: sed bonis civium allegationibus cessit rex moderatissimus, permissis veterem

A veterem urbis probatamque diu consuetudinem. Cranzius l. 8. Danie, cap. 29. & lib. 12. Vandali. cap. 26.

Sponione cum juramento.

Vide Tit. Juramenti, & locum Veritatis.

HANNEMANUS dynasta Lichtenbergicus captus à filio Henrico & Emichone Leningio, quod accepta Lysa concubina, uxorem propriam cum liberis domo expulisset, juramento confirmare filio coactus est, quod non velit ipsum ob hanc captivitatem exheredare. H. Hennings in Genal.

Dextra juncta.

Hircanos Medoquæ junctis manibus dextris inire fœdera, & firmare fidem solitos, legimus apud Alexandrum ab Alexandro l. 5. c. 7.

Parti apud altaria complexis dextris, tanquam diis testibus, faciebant pacta. Alexand. l. 5. c. 3.

Contata manus, fidesque.

EVENUS regum primus fuit, qui fides servandæ juramentum à Scotis exegit. Mansit institutum multa per secula posteris. Qui tribus præerat, eandem consuetudinem sequuti, contrahunt manu aut pede tacto, dum creatur, fidem dare cogebant. Neque is ritus hoc ævo abolitus. Qui in montibus agunt, simul cum Hebridiis in rectore eligendo (quem tribus vocant Capitaneum) eandem penè cæremonia obsecrant. Quibus suo more peractis, proximi nundinis per præconem eduntur sub capitis pœna, ne quis ex ea tribu novum ducant alio quam trito ventuloque tribus rectoris nomine deinceps appellent: ubi quocumque verò id audierit, amoto capitis regimine, flexoque poplite, non secus ac si sacris interellet, revereat. Hinc qui montanis in locis Hebridiibus sedes habent, per manum, pedem, nomenve sui ducis, in contractibus jurare consueverunt. H. Boetius libro 2.

Vinculo.

Mos est, inquit Tacitus, Armeniorum regibus implicare dextras, pollicisque inter se vincire, nodoque perstringere: mox ubi languis in artus extremos se effuderit, levi ictu cruciorem eliciunt, atque invicem lambunt. In fœdus arcanum habetur, quasi muro quore sacrum. Cælius lib. 17. c. 12. A. L. Itaque Radamistus Pharamanis Hybericæ regis F. simulata cum patre inimicitia, ad Mithridatem Armenicæ regem, quem pater unice perditum cupiebat, fugiens, illius quoque filia in uxorem ducta, cum ad fœdus æternum stabilendum gentis more amborum pollices colligati essent, ut haustum ex eis sanguinem uterque gustaret: is, qui vincendi munus erat injunctum, fingens ad terram funes concidisse, illis Mithridatis pedes implicuit, atque ita cum uxore & liberis cepit. Fulgosi lib. 9. cap. 6.

Ritus jurandi in verba Regum Neapolitanorum, is est: Rex medius sedet, assident juxta primi ordinis optimates. Ad pedes regis genibus innixtis à dextra procumbit Epistoliarum magister, qui nunc Secretarius dicitur, sinistram Antistes, Evangeliorum libros regio in sinu adstratos tenens. Horum medius genibus & ipse illis invisus procumbit, qui in verba jurat, utraque manu libris adaperis imposita. Ibi Epistol. magister verba præst, quæ juraturus in verba sequitur. Exempli causa: Urus ego Urinus, Nolæ & Atripaldi Comes, Afculi, Lauri, ac Forini dominus, illorumque & agrorum & finium, civium atque popularium, tibi Ferdinandus regi, liberisque, successoribusque in regno Neapolitano tuis polliceor, promitto, spondeo pro liberis, successoribusque, in hisce item urbibus, oppidis, agris, finibusque meis, fidelem meque illosque utique futuros, nisi illorumque imperiis ubique, meque illosque patriuros, atque imperata facturos, cum hiis urbibus, oppidis, agris, finibus, popularibusque, perpetua cum constantia & fide. Si quid verò advenit teve illosve parati fraudis, dolive, insidiarumve audiero, fierio, competumve, significatumve habuero, indicaturum illud vestigio, ac facturum palam tibi queque illique, officia demum obituro, meque illosque omnia domi forique, pace belloque adversum quoscumque, ac pro imperio, qua prohi ac fidelis subiecti jure, lege, natura, & obœnda ac prestanda sunt regi. Deumque his Opt. Maximum testem invoco, perque sacrosancta hæc Evangelia, sciens volens libenique verbis consero jurato. Atque his dictis, manus ipse à libris sustulit. Tum rex Urri manus utriusque digitis pollicibus apprehendens, suoque infra pollices iis interitis, devinxit illos suis, statuitque super Evangelia. Hic rursum Urus magistro præcænte verba: Ego me, inquit, cum liberis, successoribusque meis, Ferdinandus regis mei, domini, liberor.

L. B. T. beat. Vie Human. Tom. III.

rum ac successorum ejus, Ligium hominem statuo, dedicoque, eumque me hic sisto. Hæc ter ubi dixit, regius osculatus est pollices, rexque ore suo illius os excepit, moxque comiter appellatum dimisit. Hic est ususque jurandi mos in verba regum Neapolitanorum; quique Ligios illorum se faciunt, ipsum hunc servant dicti inde Ligii, quod ligatis reges pollicibus, illis fidei imperisque sic suis vinciant, atque obnoxios statuant: lib. 2. belli Neapolitani.

Sanguine extrahito.

Medi atque Lydi fœdera incurrunt, cum alia Græcorum ritu, tum brachia incidendo, ac mutuam sanguinem deligendo. Herodotus l. 1.

Scythæ infuso in grandem calicem sicilem vino, committent eorum sanguinem, qui ferunt fœdus, cultello aut gladio aliquantulum corporis incidentes. Deinde in calice tingunt acinacem, sagittas, securim, gladium. Hæc ubi fecerunt, sese multis verbis devovent: postea vinum epotant, non modo si qui fœdus fecerunt, sed etiam comites hi, qui sunt maxime dignitatis. Herodotus lib. 4. Sic Salutius scribit, Castellam humani corporis sanguinem vino permittunt in patris circumtulisse locis conjurationis, & eos sigillatim degustasse, quò inter se magis fidi forent. Atque hodie illud idem fit inter eos, qui ad aliquod insigne scelus faciendum conspirant. Polyd. l. 15. de Inventoribus.

Princeps Saracenorum & Byzantinus Imperator, amicitiam inter se constituentes, uterque vena in pectore incisa, suum alteri sanguinem propinaverunt. Nicetas lib. 2. de Imperio Isaacii Angeli.

Hispani ductu Ferdinandi Magellani per fretum Antarcticum ad Moluccas penetrantes, dum Moluccarum detegunt insulas, cum Calamara regis Calemandi insula societatem inierunt, more gentis, sanguinem de brachio sinistro mittentes, coque os & linguam illinentes. Petrus Cieka Tomo 2. Historiarum Peru. cap. 94.

Ictui fœdus veteres Dani, vestigia sua muri sanguinis asperione perfundere consueverant, amicitie pignus alteri cruoris commercio firmaturi. Eo pacto Liferus pirata & Habingus Grami Danorum regis F. exul archifinis societatis vinculis colligati, Lokero Cerenum tyranno bellum denunciarent. Saxo l. 1.

Propinatione, Computatione.

Antiqui Reges eptulum publicè præbentes, vinum phialis aureis aut argenteis temperatum à pincernis, accipiebant ipsi: coque libato, quod magni amoris signum esset, etiam calicem cui volebant, dabant. Id propinare dicebatur: & dies quai id fiebat, Philothesia, nomine ab amicitia ducto. Suidas.

Indis maxima societas erat, de Tantali aqua potare, de qua si qui unà bibissent, ea obstinatione tenebantur, ut ejusdem fœi & fortunæ fœdus in ille censerentur. Alexander ab Alexandro lib. 5. cap. 3.

Fidel danda consuetudo hæc est apud Nasamonens Pænos. De manu alterius uterque sumpto invicem poculo bibit. Quod si nihil humoris habuerint, sumptum è terra cinerem lingunt. Herodotus l. 4.

Thracæ & Egyptii è cornibus boum vina libare alterna vice, conciliati amoris & mansuræ fidei certissima pignora censuere: quippe veteribus cornua boum, poculorum præstabant vicem. Alexander l. 5. c. 3.

Elaspa data.

Græci, qui cum Cyro senlerant, Babylone redeuntes, intra fines Macronum ingressi, fœdus cum illis componere: ut ique fidei pignus certum utriusque extaret, hastam ab illis de more Barbaricam acceperunt, Græcæm tradiderunt. Hæc enim sibi à majoribus Barbari dicebant inflatam ad fœdus jungendum tradita, certissimaque ea esse fidei mansuræ signa. Diodorus l. 4.

Gladio.

Romani milites in Gallia Julianum Augustum consulutant. Jussi proinde universi in notum ejus jurare solemniter, gladiis cervicibus suis admotis, sub execrationibus diris, verbis jurare conceptis, omnes pro eo casus, quo ad vitam fuiderint, si id necessitas exegerit, perlaturos. Marcell. libro 21.

Pannonii olim pacem cum hoste facturi, eductis macro-nibus, quos pro Numine colebant, jurabant, in amicitia se permanuros. Aventinus libr. 2. Annalium Bojorum. A. D.

Joannes Albertus Polonorum rex anno 1051. cum Tartaris fœdus icit multa cæremonia, & jurjurando interposito. Min 2 Quod